


B. N. L.

31

ILUMINADOS





(L-3-18)



Beja



L. 3. 18.



K-3-24

No-31



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page, covering the majority of the lower half of the document.

- I** Primitus de oratione.  
**ii** De disciplina psallendi.  
**iii** De disciplina psallendi. legendi.  
**iiii** De dilectione dei et primi.  
**v** De obseruatione mandatorum dei.  
**vi** De obseruatione mandatorum dei.  
**vii** De sapientia que christus est.  
**viii** De prudentia.  
**ix** De simplicitate.  
**x** De patientia.  
**xi** De humilitate.  
**xii** De pace.  
**xiii** De obedientia.  
**xiiii** De contemptibus mundi.  
**xv** De penitentia.  
**xvi** De confessione.  
**xvii** De spunctione.  
**xviii** De spe et formidine electorum.  
**xix** De his que ad delictum post lacrimas reuertuntur.  
**xx** De uita uel satisfactione monachorum.





- xxi De his q̄ quietā uitā diligūt.    iij
- xxii De electis om̄ia derelinquentibz.    iij
- xxiii De mortificatiōe monachoz.    iij
- xxiiii De actiua uita et otēplatiua.    iij
- xxv De regni celestis desiderio.    iij
- xxvi De remissa quālatione monachoz.    iij
- xxvii De abstinentia.    iij
- xxviii De otinentia.    iij
- xxix De tolerantia. diuine correptōis.    iij
- xxx De flagell' dei.    iij
- xxxi De infirmitate carnis.    iij
- xxxii De t̄bulatione uultoz.    iij
- xxxiii De temptationibz.    iij
- xxxiiii De multitudis peccatis.    iij
- xxxv Ut p̄t ruina q̄s surgere queat.    iij
- xxxvi De cogitatione.    iij
- xxxvii De sermone.    iij
- xxxviii De taciturnitate.    iij
- xxxix De multiloquio.    iij
- xl De collatione.    iij
- xli De dilectione pximi ⁊ fratna correptiōe.    iij

- xlj** De zelo pastoralis officij.  
**xljij** De doctrine discretioe.  
**xlviij** De donis diuinis.  
**xlvi** De gra dei.  
**xlviij** De bonis subiectis.  
**xlviij** Ut thesaur<sup>us</sup> monachi i celo collocet<sup>ur</sup>.  
**xlviij** De consilio.  
**lxx** De sanctificatione cordis et corporis.  
**l** De uocatione diuine pietatis.  
**li** De dilectione et gratia dei.  
**lij** De eo qd<sup>o</sup> scilicet filij di et filij lucis uocent<sup>ur</sup>.  
**liij** De spe.  
**liiij** Ut sine intermissione oret<sup>ur</sup>.  
**lv** Ut sim<sup>us</sup> simplices sicut filij dei.  
**lvi** Ut oia sine murmuratione faciam<sup>us</sup>.  
**lvij** De circumsione uitioꝝ.  
**lvij** De fructu iusticie.  
**lvij** Ut ad innocentiam reuertant<sup>ur</sup> infantie.  
**lvij** De eo qd<sup>o</sup> iusti lapides uiui uocent<sup>ur</sup>.  
**lvij** De sufferentia temptationu.  
**lvij** De cognitione dñi nri ihu xpi.

**lxvij** De clarificatiōe dñi nr̄i ihu xp̄i in sc̄is.

**lxvij** Ut ambulem⁹ digni deo ⁊ impleam⁹ agnitiōe uoluntatis ei⁹

**lxviii** De eo qd̄ n̄ om̄ib⁹ placē debem⁹ hominib⁹.

**lxviii** Ut nob̄ alterutrū culpe dimittam⁹ q̄relā.

**lxviii** De eo qd̄ filij dei sumus ⁊ heredes ⁊ hereditas illius ille est n̄ra.

**lxviii** Quom̄ monach⁹ lucrifaciat xp̄m.

**lxviii** De eo qd̄ dñi semp̄ monachis adnūtiētur uirtutes.

**lxix** De eo qd̄ donatū sit sc̄is pati pro xp̄o.

**lxix** De eo qd̄ xp̄s p̄ dilectiōe n̄ra tradidit semet ip̄sum.

**lxx** De cognitiōe dñi nr̄i ihu xp̄i. De eo quod ap̄tus ait

**lxx** De nocua curiositate monachor̄.

Sp̄m nolite extinguere

**lxx** De regula ab ap̄stolis p̄sita.

**lxx** Ut uigilantes sint monachi.

**lxx** De pugna uirtutū extra uitia.

**lxx** De odio ⁊ correptiōe fraterna.

**lxx** Ut mentis lumbus succinctos habeat monachus.

- lxxxix** De mortificatōe uitioꝝ.
- lxxx** De gratia lacrimarū.
- lxxxi** De eo qđ sc̄i monachi filij dei uocent<sup>ur</sup>
- lxxxii** Qđ ex uirtutibz uirtutes. ⁊ ex uitijs uitia ori<sup>antur</sup>
- lxxxiii** Qđ sit xp̄i confixus sū cruci.
- lxxxiiii** Ut monachi cor habeāt purū. ⁊ sciē<sup>tiam</sup> bonā.
- lxxxv** Ut diuites sint monachi in opibz bonis. et thesaurizent sibi fundamētū bonū.
- lxxxvi** De mansione et̄na q̄ a dō pp̄ata ē sc̄is.
- lxxxvii** Quom̄ beat<sup>us</sup> efficit<sup>ur</sup> homo.
- lxxxviii** De hora exit<sup>us</sup> ⁊ separationis aīe a corpore.
- lxxxix** De innocentia.
- xc** Quid sit sc̄ificare ieiuniū.
- xc** Qđ sit bene ieiunare.
- xcii** De eo qđ mlti ab oriēte ⁊ occidēte ueniēt ⁊ re<sup>gē</sup> cū abrahā ⁊ isaac ⁊ iacob ī regno celoz.
- xciii** De eo qđ oīs elect<sup>us</sup> atq; p̄fect<sup>us</sup> monachus ⁊ hō ⁊ uittulus ⁊ leo ⁊ aq̄la fig<sup>ur</sup>alit<sup>er</sup> sit.
- xciiii** De eo qđ ap̄ls ait caro suscepit adū

4  
sus spm sps autē adūsus carnē.

**xxv** Qd sit unpet' sps ⁊ qd sit unpet' carnis.


**xxvi** Eo qd un' quisq' uult' ⁊ ante faciem suā  
⁊ coram facie sua ambulet.

**xxvii** De eo qd scriptum ē omni custodia serua  
cor tuum.

**xxviii** Quid significet qd dixit d's ad abrahā egre  
de te tua ⁊ de cognatione tua ⁊ ueni  
in terram qm monstrauo t'.

**xxix** De martiro qd in pace ecclesie fit.  
Explicit Rubrica. siue tabula hui' libri.

¶ Hic liber est de venerabilis monasterii celesti  
norum sancte trinitatis de marcoussiacis c. p. 47.



5  
Quid nobis pdest scōrum scribē vitas  
Quidq; legendo ualeat laudare p̄s hēmita.  
Cū sua nec digito bona fita mouē velim?  
Hic illos iter isse dei stritum repperim?  
Quo meat. ad portū qui tendē vult requiei  
S; quoddeterius. pauci strito graduūtur  
Hic ubi nos positi meruerunt sanctificari  
Illecebras carnis contriuerunt pede forti  
Abstnuere abis. viciis tūctisq; nociuis  
Insidias hostis palma vicere virili  
Carne sua pret̄ carnem vixere beati  
Dicit i hominū q̄ celebs vita probatur  
Non terrena. suo q̄ fallit ad ima t̄hendo.  
Quid mora. sc̄m̄ eos om̄i v̄tute repletos.  
Scire tamē nec velle seq̄. dampnatio maior.  
Ergo iuuate p̄s suffragia vr̄a petentes.  
Posseq; nos fieri vestros orate sequaces.  
Quod dare dignetur qui trinus regnat & vni

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, written in a single column. The text is extremely faded and difficult to decipher, but appears to be a continuous block of writing. The script is dense and fills most of the page's width. The ink is very light, making the characters hard to distinguish against the parchment background.



6  
**H**unc modicum libellum smaragdus de  
diuisis uirtutibus collegit et ei nomen dia  
dema monachorum imposuit. Quia sicut  
diadema gemis: ita et hic libellus fulget uirtutibus

**H**unc modicum operis nostri libellum  
de multorum dictis orthodoxorum opitulante  
christo collegimus patrum et pro eorum discurrer  
tes florentia prava benevolentia ueluti ad  
manum collegimus flosculos atque de illorum flo  
riferis atque benedictionibus domini pleno ea que  
necessaria monachis esse perspeximus colle  
gimus agro et in hoc paruo studuimus con  
gregare libello. Ea uidelicet que perfectorum  
monachorum corda demulceant: et ad deside  
rium patris celestis auidius sublimiusque  
erigant. infirmorum quoque monachorum cor  
da confirmet et retereant. et ad regularem  
emendationem producant. Et quia in regu  
la beati benedicti scriptum est: mox ut sur  
reuerint fratres a cena sedeant omnes in  
num et legat unus collationes uel uitas

patrum. aut certe aliquid quod edificet au-  
dientes. Ideo nos decollationibus patrum. &  
de conuersionibus et institutionibus eorum  
modicū & de diuisis doctoribus in hoc libello  
congressimus plurimū. et sic eum in  
totum capitulis consummauimus totum. Et  
quia mos est monachorum. ut regulā be-  
nedicti ad capitulū legant cotidie pri-  
mitiuum: uolumus ut iste libellus ad  
eorum capitulū cotidie legatur post uesp-  
tini. Et quia in eadem beati benedicti  
legimus regula: ut quicquid in chram  
bonū. a deo illud profici instantissima depo-  
scamus oratione. propterea in hoc libello  
de orationis officio. capitulum ponimus

Primum. *Primitus de oratione. .i.*

**H**oc est remediū eius qui uitioꝝ tēp-  
tamentis exestuat. Et quotiens  
quolibet tangitur uitio totiens ad orō-  
nem se subdat. quia frequens oratio  
uitioꝝ impugnationē exstinguit. Tam

7  
pseueranter intendē oportet animū nr̄m  
orando atq; pulsando: quousq; importu-  
nas desiderioꝝ carnaliū suggestiōes que  
nr̄is ostrepunt sensib; fortissima intentio-  
ne superi? ac tam diu insiste quousq; p-  
sistendo uincam? **¶** Jam negligentes  
orationes: nec ab ipso homine impetra-  
re ualent qđ uolunt. Quando quisq; o-  
rat: sc̄m ad se sp̄m aduocat: ac ubi uenerit:  
confestim temptam̄ta demonioꝝ que se-  
mentib; humanis immergunt. p̄sentia  
eius ferre non sustinentes effugiunt.  
**O**ratio cordis ē non labioꝝ. **R**ec̄ enim  
uerba dep̄cantis d̄s intendit: s; orantis  
cor aspiciat. Quod si cor tacite ore et uox  
sileat: quāuis homines lateat d̄m latere  
non potest q̄ conscientie p̄sens est. **M**eli-  
est autem cū silentio orare corde sine so-  
no uocis: quā solis uerb; sine intuitu m̄-  
tis. **S**oces secretissimas apud aures dei  
non faciunt uerba nr̄a s; desideria. **E**t̄nā

etenim uitam si ore petimus. nec tamē cor-  
de desideramus: clamantes tacem? **S**uo  
desideramus ex corde: etiam cum ore contice-  
scimus. tacentes clamam? **H**inc ē quod  
in hemo populus uocib; p̄ strepit: et moy-  
ses ab strepitu uerboꝝ tacet: et tamen  
silens aure diuine pietatis audit. **C**ui di-  
citur: quid clamas ad me? **I**ustus est  
ergo in desiderio clamor secretus: q̄ ad hu-  
manas aures non puenit: et tamen au-  
ditum conditoris replet. **N**umquam ē  
sine gemitu orandū. **N**am peccatorum  
recordatio: merorem gignit. **D**um enim  
oramus: ad memoriā culpam reducim?  
et magis reos tunc nos eē cognoscim?  
**I**deo q̄ cum dō adsumus: gemere et  
fletu debemus. reminiscetes quam gra-  
ua sint scelera que cōmisim? quamq; di-  
ra inferni supplicia que timem? **M**ens  
qualem se in orationē offert: talē post  
orationem conseruet. **N**am nichil pro

ficat oratio: si deuuo comittitur unde iam  
 uenia postuletur. Ille enim p̄cis desidera  
 tū effectum sine dubio p̄cipit: qui quod o  
 rāto abluī postulat: delinquendo n̄ iterat.  
 Tunc ergo ueraciter oramus: quando ali  
 unde non cogitamus? Nam reuera tunc im  
 petrandā diuina munera credimus: quā  
 to simplici affectu assistim⁹ cū oramus.  
 Quando autem stamus adorationē: uigi  
 lare ⁊ in cumbere ad p̄ces toto corde debe  
 mus. ut cogitatio omnis carnalis et se  
 cularis abscedat: ⁊ nec quicquam tē ali  
 ud animus quā id solum cogitet quod  
 p̄catur. Ideo ⁊ sacerdos fr̄m p̄parat m̄tes  
 dicendo: sursum corda: ut dum respondit  
 plebs habem⁹ ad dñm: ammonētur ni  
 chil aliud se quam dñm cogitare debē.  
 Qui leditur: non desistat orare pro se le  
 dentibz. Alioquin iuxta dī sententiam  
 peccat: qui pro inimicis non orat. Si  
 cut nullum proficit in uulnere medica

mentū si adhuc meo ferrū sit: ita nichil pro-  
ficat oratio illius cuius ad huc dolor timē-  
te. uel odium manet in pectore. **U**lentiū  
sacrificiū oratōis accipitur: quod in cōspec-  
tu misericordis iudicis proximi dilectōe  
conditur. qđ tunc ueraciter quisq; cumu-  
lat: si hoc etiam p̄ adūsarijs impendat.  
**T**antus eē. debet orantis erga dñm affectus  
ut non desperet p̄as effectū. **I**naniter autē  
oramus: si sp̄i fiduciam non habemus. **P**e-  
tat ergo ait apl's unusquisq; in fide nichil  
dubitans. **E**t dñs inquit. **F**omne quicquid  
petieritis in oratōe credentes accipietis.  
**V**enit quidā senex aliquando in montem  
synai: et cum exiret inde occurrit ei fr̄ i-  
uia: et ingemescens dicebat seni. **A**ffligi-  
mur alba propt̄ siccitatē. quia nobis n̄  
pluit. **E**t dicit ei senex. **Q**uare nō oratis  
et rogatis dñm? **E**t ille respondit. **E**t ora-  
mus et deprecamur assidue dñm. et non  
pluit. **E**t dixit senex. **C**redo quia n̄ ora-

9  
tis attentius. **S**uis scire quia ita est!  
ueni & stemus pariter ad orationē. et ex  
tendens in celum manus orauit. & sta  
tim pluuia descendit. **Q**uod cū uidisset sc̄ il  
le timuit. & proci dens adorauit senem.  
**N**am & dñs discipulis ait. **H**abete fidē  
**A**men dico uobis. quia quicūq; dixerit  
huic monti. tollere. & mittere in mare. &  
non hesitauerit in corde suo. quod cumq;  
dixerit fiat fiet ei. **Q**uod & factū p̄cib;  
beati patris gregoriū neocesariensis legi  
mus. qui cū uolens edificare ecclesiam  
in loco apto uideret q̄ cum angustiozem  
ēē. quam res exiebat. uenit nocte ad locū.  
& genib; flexis adorauit dñm. ut montē  
longius iuxta fidem petentis ab stulisset.  
**E**t mane facto reuſus. inuenit montē  
tantum spatū reliquisse structorib; eccle  
sie. quantum opus habebant. **N**am &  
sc̄a scolastica manus ac caput in men  
sam posuit. & ut plueret orauit. & sta

si monte  
trullus

ut pluuia super illos de celo descendit. Nam &  
proinde tardius iustorum exaudiuntur orationes:  
ut dum differuntur maioribus premiis cumu-  
lentur. Oratio namque priuatis locis opor-  
tunius funditur: dum deo tantum teste  
depromitur. Hec enim conciliat deum  
multiplex orantis sermo: sed pura sine  
vaca orationis intentio. Interrogauerunt  
quidam atheniensem machariu[m] dicentes quo-  
modo debemus orare. Et dixit eis sener:  
non est opus multu[m] loqui in oratione: sed  
extendere manus frequenter et dicere.  
Dne. sicut uis & sicut scis. miserere mei.  
Hinc beatus benedictus ait: non in multi-  
loquio: sed in puritate cordis & compunc-  
tione lacrimarum. nos exaudiri sciamus.  
Et ideo breuis debet esse & pura oratio:  
nisi forte ex affectu inspirationis diuine gra-  
tie pretendatur. In conuentu tamen om-  
nino breuetur oratio. *De disciplina .ii.  
psallendi.*

de breuitate  
orationis.



10  
**O**porteret enim nobis totis obedire il-  
li qui nos per prophetam ammonet  
dicens psallite sapienter. id est non quera-  
mus sonum auris. sed lumen cordis. Et quod  
lingua cantamus. opere compleamus. Can-  
tat sapienter. qui quod psallit intelligit.  
Nemo enim sapienter agit. qui quod ope-  
ratur non intelligit. Quid est enim in omni-  
bus vobis gustus quo discernatur cuius saporis sit. hoc est in vobis sancte scripture pruden-  
tia et sensus. Si quis ergo ita animam  
suam intendit in singula verba psalmodie  
sicut gustus intentus est in discretionibus sa-  
poris ciborum. Iste est qui complevit quod  
dicitur psallite sapienter. Bonum est corde  
semper orare. bonum etiam sono vocis dominum spiri-  
tualibus hymnis glorificare. Nichil est so-  
la voce canere sine cordis intentione. sed  
sicut ait apostolus. cantantes in cordibus vestris.  
hoc est non solum voce sed et corde psallen-  
tes. Unde et alibi. psallam spiritu psallam

et mente. Sicut orationibus regimur: ita  
psalmodiarum studiis delectamur. ~~delectamur~~  
Psallendi enim utilitas: tristia corda con-  
solatur: gratiores mentes facit: fastidio-  
sos oblectat: inertes excuscat: peccatores  
ad lamenta inuitat. Nam quamuis du-  
ra sint carnalium corda: statim ut psal-  
mi dulcedo insonuerit: ad affectum pieta-  
tis animum eorum inflectit. Dum enim christi  
animum non uocis modulatio: sed tantum uerba  
diuina que ibi dicuntur debeant commo-  
uere: nescio quo tam pacto modulatione  
canentis: maior nascitur compunctio cor-  
dis. Multi enim reperiuntur: quicquid  
suauitate commoti sua crimina plangunt:  
atque ex ea parte magis flectunt ad laci-  
mas: ex qua psallentis insonuerit dulcedo  
suauissima. Oratio in presenti: tantum pro  
remedio peccatorum effunditur. Psalmorum  
autem decantatio perpetuam dei laudem de-  
monstrat in gloriam sempiternam: sicut

11  
scriptum ē. beati qui habitant in domo  
tua in sc̄la sc̄lo laudabunt te. Cuius op̄i  
ministeriū quicūq; fideliter intentaq; in-  
te exsequitur. quodam modo anglis sonat.  
Vnde ⁊ in alio loco idem psalmo graphul  
ait. In conspectu anglorū psallam tibi.  
Psalmodie hic uirtus ostenditur. ut q̄  
puro corde inter homines psallit. etiam  
sursum cū anglis canere uideatur. Hinc  
⁊ ap̄ls ait. loquentes uobismetipsis psal-  
mus. hymnis et canticis spiritualibus. can-  
tantes ⁊ psallentes in cordibus ūris dño.  
Et canere igitur ⁊ psalle et laudare do-  
minū magis animo quam uoce debem.  
hoc ē quippe quod dicitur. cantantes et  
psallentes in cordibus ūris dño. Vox etenim  
psalmodie cū p̄ intentionē cordis agitur.  
p̄ hanc om̄ipi dño ad coriter paratur ut in-  
tente menti uel prophete mysteria. uel  
compunctionis gratia infundat. Vnde  
scriptū ē. sacrificiū laudis honorificabit

⁊ in potenti

me: et illuc iter est in quo ostendā illi salutare dī. Et illud cantate dño psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit sup occasū. dñs nomen est ei. Ipse etenim sup occasū ascendit quia mortē resurgendo calcavit. Cui dum cantamus iter facimus ut ad nōm cor ueniat. et sui nos amoris gratia accendat. *de disciplina*

**O**rationibz mundanū lectio *psallendi.*  
nibz instrum. Futurū q. bonū siliceat. *iii.*  
si non luceat melius est orare quam legere. Qui uult cū dō semp eē. frequenter debet orare. frequent et legere. Nam cū oramus. ipi cū deo loquim. cū uero legimus. dō nob cū loquitur. Omnis pfect<sup>o</sup> exlectione et meditatione pcedit. Que enim nescim<sup>o</sup> lectione discim<sup>o</sup>. que autē didicimus meditationibz conseruam<sup>o</sup>. *69*  
Geminū confert donū lectio scārum scripturarū. siue quia intellectū mentis erudit. seu quod a mundi uanitati

bz abstractū hominē ad amorē dī pducit.  
**S**eminū ē ⁊ lectiois studiū: primū quo  
 modo scripture intelligantur: scdm qua  
 utilitate uel dignitate dicantur. Nam  
 rationabilius erit: ut quisq; prius promp  
 tus sit ad intelligendū que legit: deinde  
 idoneus ad proferendū que didicit. **L**ex  
 enim dī ⁊ pmiū habet ⁊ penam legenti  
 bz eam. **P**remiū in his q; eam bene uiuen  
 do custodiunt: penam uero his qui eā  
 male uiuendo contēpnunt. **S**criptura  
 sacra lectoris sui animū ad celestē patri  
 am uocat: atq; aterrenis desiderijs ad su  
 pna amplectenda cor legentis immutat.  
 dictisq; obscuriorib; exercet fortes ⁊ par  
 uulis humili sermone blanditur ⁊ usu  
 legendi fastidiū tollit lectori: quia ni  
 mirū uerbis humilib; adiuuat sublimi  
 bus leuat. **S**criptura sacra aliquomodo  
 cū legentib; crescat: a rudib; lectorib;  
 quasi recognoscat ⁊ tamen doctis sem

per noua reperitur. Ad ezechielem pro  
phetam dicitur fili hominis; quodcuq;  
inuenieris comede. Quicquid enim i sa  
cra scriptura inuenitur edendu e quia  
et eius parua simplicem componunt  
uitam. et eius magna subtilem edificat  
intelligentia. Precepta scripture sacre  
legendo reuiuiscunt. qui mortui in culpa  
iacebamus. Vnde omni dno p psalmi  
stam dicitur in eternu non obliuiscar  
sermones tuos. quia in ipsis uiuificasti  
me. Sca scriptura in tenebris uite p sen  
tis. facta e nob lumen itineris. Hinc  
enim petrus ait. Au tene facitis intende  
tes. quasi lucerne lucenti in caliginoso  
loco. Cum legenti cuilibet sermo scriptu  
re sacre tepidus uidetur. sensus diuini  
eloqui eius mente non extitit et in  
cogitatione sua nullo intellectu lumi  
nis emicat. At uero si bene uiuendi  
ordines querat. 7 p gressu cordis inue

uat quem admodū pedem boni opif  
 ponat tantū in sacro eloquio profectū  
 inuenit quantū apud illum ipse pro  
 fecerit. Plerumq; fit ut scripture sacre  
 uerba eē mystica quiscq; sentiat: si ac  
 census supne contēplandiōis gratia se  
 metipm ad celestia suspendat. Mira e  
 nim atq; ineffabilis sacri eloquiū uirt<sup>9</sup>  
 agnoscitur: cum supno amore legentis  
 anim<sup>9</sup> penetrat. *De dilectōe dei & proximi. iiii.*

**C**aritas in dilectione dī & proximi con  
 stat. Seruat autem in se dilectionē  
 dī: qui de caritate non diuiditur proximi.  
 Quia fraterna societate serēnitur: a di  
 uine caritatis participatione priuatur. Nec  
 poterit dīm diligere: qui noscitur in proximi  
 dilectione errare. Sp̄s d̄s & homo est totū  
 ergo xp̄m non diligit: qui hominem odit.  
 Quamuis ergo n̄ nulli fide atq; opibus  
 s̄is uideantur eē participes: tamen qui  
 priuantur a caritate fraternae dilectionis

nullum habent incrementū uirtutis. Nam  
sicut apl's ait: si tradidero corpus meū ut  
ardeam/ caritatē autem non habuero. ni-  
chil in pdest. **S**ine amore caritatis quā-  
uis quisq; recte credat/ ad beatitudinem per-  
uenire non potest. quia tanta est carita-  
tis uirtus. ut etiā propheta 7 martirū  
sine illa nichil eē credant. nullū p̄mūm  
sine caritate pensatur. Caritas enim uir-  
tutū omnū obtinet p̄cipatū. **S**onde et  
uinculū p̄fectionis caritas ab aplo dicitur.  
eo qd̄ uniuerse uirtutis eius uinculo re-  
ligentur. **P**rima uirtus obedientie in carita-  
te. ē: que uidelicet caritas in duob; p̄ceptis  
distinguitur. ut d̄s et proximi diligatur. Et  
recta opatio ex decalogi completionē p̄fi-  
citur. ut cū bona agi ceperint/ mala iam  
nulla perpetrentur. **D**uo sunt p̄cepta ca-  
ritatis: dilectio uidelicet d̄i et proximi. <sup>hęc</sup>  
que itaq; nos sacre scripture dicta uini-  
ficant. quia dilectionem d̄i 7 proximi



14  
capim' in eloquijs diuinis. Per amorē dī a  
mor proximi gignitur: & p̄ amorē proximi  
amor dī nutritur. Nam qui amare dñm ne  
gligit: p̄fecto diligere pr̄ximū nescit. Tunc  
plenus in dī dilectione p̄ficim' si in eiusdē  
dilectionis gremio prius proximi caritate  
letamur. Quia ergo amor dī amorem p̄  
ximi generat: diciturus p̄ legem dñs, dili  
ges proximi tuū, p̄misit dicens, diliges  
dñm dñm. ut uidelicet intra pectus nr̄m pri  
us amoris sui radicem figeret: quatinus  
p̄ ramos post modū dilectio fr̄na germina  
ret. Amor dī & proximi amore ualescit:  
sicut testatur iohannes. qui quosdā incre  
pat dicens, qui n̄ diligit fr̄em suū quem  
uidet, dñm quem non uidet quomodo potest  
diligere: que tamen diuina dilectio p̄mo  
rem nascitur: s̄ in affectū crescendo p̄mu  
tatur. Sēpe omnipotens d̄s quantum  
quisque a caritate dī & proximi longe  
sit: uel in eis quantū profecerit innotescit.

quo ordine cuncta dispensans / alios suc-  
cessibz fulcat / et dum quosdam temporalit<sup>r</sup>  
deserit. in quorundā cordibz quod malū  
latet / ostendit. Nam plerumqz ipsi nos  
miseros insecuntur. qui felices sine com-  
paratione coluerunt. Inoffenso pede it<sup>r</sup>  
nīm in trā agitur. si d<sup>s</sup> 7 proximus inte-  
gra mente diligatur. Nec d<sup>s</sup> enim uere  
diligit<sup>r</sup> sine proximo. nec proxim<sup>us</sup> uere di-  
ligitur sine dō. S<sup>c</sup>s sp<sup>s</sup> sicut legitur dis-  
cipulis dat<sup>r</sup> / prius a d<sup>no</sup> in terra degente.  
postmodū a d<sup>no</sup> celo presidente. In terra  
quippe datur sp<sup>s</sup> / ut diligatur proximus / e  
celo uero / ut diligatur d<sup>s</sup>. Sed cur prius  
in trā / postmodum e celo. Nisi quia pa-  
tenter datur intelligi / quod iuxta iohan-  
nis uocem. qui frēm suū quē uidet non  
diligit. d<sup>m</sup> quem non uidet quomodo po-  
test diligere. Amemus 7 amplectemur<sup>r</sup>  
proximū qui iuxta nos est. ut peruenire  
ualeamus ad amorem illius / qui super

nos ē. **C**reditetur mens in proximo quod  
 exbeat dō: ut pfecte mereatur in deo gau  
 dere cū proximo. **T**unc enim ad illam su  
 pne frequentie letitiam puenimus de q̄  
 nunc sc̄i sp̄i pignus accipimus. si ad istū  
 finem scilicet ad dilectionem dī ⁊ proximi  
 toto amore tendamus. **O**mne mandatū  
 de sola dilectione ē. ⁊ omnia unum pre  
 ceptū sunt: quia quicquid p̄cipitur in so  
 la caritate solidatur. **P**recepta ergo domi  
 nica: ⁊ multa sunt ⁊ unum. **M**ulta per  
 diuīsitatem operis: unum in radice dilecti  
 onis. **Q**ualit̄ dilectio dī ⁊ proximi sit  
 tenenda ipse insinuat: qui in plerisque  
 scripture sue sententijs et amicos uilet  
 diligere in se: et inimicos diligere propt̄ se.  
**D**iligamus ergo dilectissimi fr̄es dñm  
 dñm nr̄m sicut ille precepit: scilicet ex toto  
 corde, tota anima ⁊ tota uirtute nr̄a di  
 ligamus. quia ille prior dilexit nos sic  
 enim iohannes ille qui sup̄ ipsum dilec

tionis fontem in cena recubuit in epla  
sua ait / fr̄s diligamus dñm: qm̄ ille p̄ice  
dilexit nos. Neq; enim poterit dñm fragili-  
tas diligere humana: nisi ille primū na-  
turam diligeret nr̄am. Dilexit etiam nos  
p̄iusquam essemus: / et ideo ut essemus  
creavit / uiuificauit / nutriuit / custodiuit.  
et ad lauacrum regeneratiois perduxit. Re-  
nouauit / gubnauit: / et ad intelligibilem  
etatem p̄duxit. Hec enim omnia nobis  
misericordit: / et p̄ nimiam dilectionē per-  
fecit. **A**piamus ergo oculos cordis nr̄i di-  
lectissimi fr̄i: / et in tantū nos a ih̄u xp̄o do-  
mino nr̄o cognoscamus esse dilectos: ut  
pro nobis eius sanguinē fuissem non  
dubitemus. **S**uspendamus corda nr̄a ad dilec-  
tionem creatoris nr̄i: / et nō ad modicum  
aut ex aliquo. s; ex toto corde / tota aīa /  
et tota uirtute diligamus eum: ita ut  
nullius rei dilectionem p̄ponamus dilec-  
tioni dñi nr̄i ih̄u xp̄i. **I**pse enim ait / qui

diligit patrem aut matrem plusquam  
 me: n̄ ē me dignus. Et qui diligit filiū  
 aut filiam plusquam me. non ē me dignus.  
**V**ere enim si dñm toto corde diligimus: di-  
 lectioni eius / nec parentū nec amicorum /  
 nec filioꝝ dilectionē p̄ferre debemus. **S**ed  
 si diligimus dñm: necesse ē / ut sicut nos  
 metipsos / diligamus ⁊ p̄ximos: quia ī his  
 duobꝫ p̄ceptis tota lex pendet ⁊ prophete.  
**E**rgo legem ⁊ prophetas non implet: qui  
 dñm proximūqꝫ non diligit. **S**criptū ē enī  
 hoc mandatū habemus a dō: ut qui diligit  
 dñm / diligit ⁊ fr̄em suū. ⁊ in hoc cognoscent  
 omnes quia mei discipuli estis / si dilectio-  
 nē habueritis adinūcem. **E**t illud: k̄m̄.  
 diligamus nos inūcem / q̄m̄ caritas ex dō  
 est ⁊ omnis qui diligit fr̄em suum ⁊ dō  
 natus ē: ⁊ cognoscat dñm. **S**i diligamus  
 inūcem: d̄s in nob̄ manet / ⁊ caritas ei⁹  
 in nob̄ p̄fecta ē. **B**eata est ergo uirtus di-  
 lectionis ⁊ caritatis: que omnes am-

plectitur / omnes diligit / omnes fouet. Vere  
beata que nutrit uirtutes. ⁊ delet peccata.  
Comprimūt rixam. ⁊ fugat pariter omnia  
uitia. Omnia tolerat. omnia credit. omnia  
sperat. Inter obprobria. ⁊ secura ē. inter iras  
placida. int̄ odia benefica. in ueritate fir-  
ma. A prauis impugnantibus non diripi-  
tur. a latronibus non furatur. ab incendio  
non crematur. ab heresi non diuiditur. ⁊  
diuidua stat. in expugnabilis manet. in-  
explicabilis durat. inconcussa p̄seuerat.  
in corrupta letatur. Ligamentū ē enim  
uirtutū omniū. gluten ē animarū. con-  
cordia mentū. ⁊ societas electorū. Ne ad  
uilitatibus frangatur. fortit̄ mentē roborat.  
Ne p̄speritatibus eleuetur. caute tēperat.  
Ne ab ira superetur. ⁊ rationabilit̄ rep̄u-  
mit. Vē hec ut uido. nobilissima. ⁊ ex-  
cellentissima uirtus ē. Teneamus ergo  
fēs uirtute qua possumus. ut nobiscū  
sit. nobiscū maneat. nobiscū surgat.

nobiscū pergat: nobiscū letetur / et conuiuē  
tur. Deceō enī in frūm congregatione  
tam regiam iugit' in eē uirtutem. *De obser*

**P**ost executionem *uatoe mandator' dei. V.*

dilectionis: uideam' quid nobis obser  
uandū ipse auctoe p̄cipiat dilectionis. Aut  
enim / si diligitis me / mandata mea seruare  
et ego rogabo patrem. / et alium paraclytum  
dabit uobis / ut maneat uobiscū in eternū.

Attendamus ergo fr̄l' quantū nos diligit  
dñs n̄r ih̄c xp̄c' qui cum promissione ano  
bis suam erigit dilectionē / et sp̄m sc̄m di  
cit nobiscum esse in eternum mansurum.  
si post dilectionem suam / mandata eius  
seruauerim'. Ab ipso enim nobis omnia  
bona largiuntur: / et uelle bonum et opa  
ri / ab illo prius donatur nobis. Diligim'  
enim ab illo: ut diligam' illum. Amam'  
ab eo: ut amemus eum. Cognoscimur:  
ut cognoscamus. Aduuamur / ut ope  
mur: / et operando uirtutibz ditemur. Et

go si nos dilectio dñi pro ximi q̄ demul  
cet. consequens est ut faciamus qd̄  
ille p̄cepit. quia in tantum diligimus ī  
quantū facim⁹. **N**ecq̄ enim potest sine cere  
dñm diligere. qui mandata eius fideliter  
non implet. Ipse enim ait. si quis diligit  
me sermonem meū seruabit. et pater m̄s  
diliget eum. ⁊ ad eum ueniemus. et mā  
sionem apud eum faciem⁹. Et qui n̄ dili  
git me. sermones meos non seruat. **J**o  
hannes quoq̄ apl's dilectione dñi reple  
tus in eplā sua ait. in hoc sc̄imus qm̄ co  
gnouimus eum. si mandata eius obser  
uamus. **Q**ui dicit se nosse dñm. ⁊ man  
data eius non custodit. mendax est. et ī  
eo ueritas non ē. **Q**ui seruat uerbum  
eius. uere in hoc caritas dñi p̄fecta est.  
**D**e se quoq̄ iob ait. uestigia dñi secut⁹  
est pes meus. uiam eius custodiui. ⁊ n̄  
declinaui ex ea. **A** mandatis eius non  
recessi. ⁊ in sinu meo abscondi uerba o



ris eius. **I**psa quoque dominus te dilectione  
 sua atque mandatorum suorum observantia  
 populum israeliticum ammonens dicit. **N**  
 unc israel audi precepta et iudicia que  
 ego doceo te hodie. ut faciens ea vivas in  
 eis. **O**bserva et caue nequando obliviscaris  
 domini dei tui. et negligas mandata eius  
 atque iudicia et ceremonias. qual ego precipio  
 tibi hodie. **E**t nunc israel quid est. quod  
 dominus deus tuus petit a te. nisi ut timeas do-  
 minum deum tuum. et ambules in iustis eius.  
 et diligas eum. ac servas ei in toto corde  
 tuo. et in tota anima tua. custodiasque man-  
 data et ceremonias eius. qual ego precipio  
 tibi hodie ut bene sit tibi. **S**i autem audi-  
 eris ut facias omnia mandata eius. faci-  
 et te dominus excellentiorem cunctis gentibus  
 que versantur in terra. **B**enedictus eris  
 in civitate. et benedictus in agro. **B**ene-  
 dictus fructus ventris tui. et fructus vine  
 tue. **M**ittet dominus super cellaria tua. et super

oīa opa manūū tuarum benedictionē.  
Hinc et iohēs apłs ait. in hoc cognoscimus.  
qm̄ diligimus natos dī cum dīm diligam⁹.  
et mandata eius faciamus. et mandata ei  
non sūt graua. Hoc et ipse dñs dicit. si q̄s  
diligat me. sermonē meū seruabit. Proba  
tio ergo dilectionis. exhibitio ē op̄is. Scire e  
nim diligimus. si ad mandata eius a n̄r̄is  
nos uoluntatibz coartam⁹. Nam qui ad  
huc p̄ inlicita desideria defluit. profecto  
dīm non amat. quia ei in sua uoluntate  
contradicit. *De obseruatōe mandatorū dī.*

**S**criptū ē. initium sapiētie timor dñi. *vi.*  
Timor dñi ē gl̄a et gl̄atio. et leticia  
et corona exultationis. Timore dñi delecta  
bitur cor. et dabit leticiam et gaudium. in  
longitudinem dierum. Time dīm. et recede  
a malo. quia timentī dīm bene erit. et in  
diebus consumationis illius benedicetur.  
Plenitudo sapientie est timere dīm. Gene  
ratio sapientie timor dñi. diuitie et gl̄a

et uita. Timor dñi expellit peccatū. ⁊ repū  
mit uitū. cautū facit hominem atq; sol  
licitum. Nam qui sine timore est. non  
poterit iustificari. qz ubi timor non ē ibi  
dissolutio uite est. Vbi timor non ē ibi  
sceleratio ē. Vbi timor non ē. ibi scelerum  
abundantia ē. Qui timent dñm n̄ erunt  
incredibiles uerbo eius. ⁊ qui diligunt il  
lum. conseruabunt uiam eius. Qui timēt  
dñm p̄parabunt corda sua. ⁊ in conspectu  
illius sc̄ificabunt animas suas. Qui timēt  
dñm. custodiunt mandata eius. et patien  
tiam habebunt usq; ad inspectionem eius.  
Timor ē dñi non despiciere iustū hominē  
pauperem. ⁊ non magnificare uicū pecca  
tozem diuitem. Dauid enim dicit. serui  
te dño in timore. ⁊ exultate ei cum tre  
more. ⁊ timeate dñm om̄s sc̄i eius. qm̄  
nichil deest timentib; eum. ⁊ beati s̄  
qui timent dñm. qui ambulant in ui  
is eius. Moyses quoq; ait. post dñm

*vram*  
dñm ur̄m ambulate. ⁊ ipsum timete ⁊ p̄cep-  
ta eius custodite. ⁊ adquietate illi. **A**p̄l's  
quoq; dicit. *cu* timore ⁊ tremore *ur̄s* ip̄soꝝ  
salutem op̄imini. **I**terum salomon ait. *coro*  
na sapientie timor dñi. replens pacem ⁊ sa-  
lutis fructum: utraq; autem sunt dona dī.  
**M**etuentes dñm sustinete misericordiam eius.  
⁊ non deflectatis ab illo. ne cadatis. **Q**ui  
timetis dñm credite illi. ⁊ non euacuabit  
merces ur̄a. **Q**ui timetis dñm. diligite il-  
lum. ⁊ illuminabuntur corda ur̄a. **B**eatus  
cui donatum est habere timorē dī. **T**imor  
dñi sicut paradysus benedictionis. ⁊ sup om-  
nem gloriam operuerunt illum. **D**e timorē  
etenim laude adhuc salomon ait. *timor*  
dñi apponet dies. **T**imeamus ergo fr̄s illo  
timore dñi. qui sc̄s p̄manet in seculum se-  
culi. illo casto timore. qui nobis ad dies  
temporis huius adiciat dies eternos. dies  
p̄tucos. dies p̄hennes ⁊ immortales. immo  
diem unum sine uestra et infinitū diem

felici gaudio plenū / in deficiente luce relectū /  
 angelico comitatu suffultū / diem inquam <sup>quē</sup> que  
 nox non interpolat / tenebre non obscurant.  
 nubilum non offuscet / inportabilem non ef-  
 ficat calor estatis / pigrum non reddit frigus  
 hiemis. **D**iem / qui nobismet unus erit / qui  
 cum scīs comest / cū angelis eternus / cū utrisq;  
 felici gaudio consortium tribuet angelorum.  
 ⁊ socios faciet patriarcharum. in numero cō-  
 putet pphetarum / in exultatione socios faciet  
 apłoz. **E**t quia apłs dicit / timor nō est in  
 caritate / s; pfecta caritas foras mittit timo-  
 rem / et quia timor penam habet / et qui timor  
 non est pfectus in caritate. **N**ecesse est du-  
 os discrete ⁊ diligenter intellegamus timo-  
 res. **D**uo igitur sunt timores / unus quo ti-  
 ment homines dñm / ne mittantur in ge-  
 hennam / ipse est timor ille / qui introducit  
 caritatem. s; sic uenit / ut exeat. **S**i enim  
 adhuc propter penas times dñm / nō dum  
 amas quem sic times. **N**on bona desideras!

⁊ nō duos  
 timores

sed mala caues / corrigis te. ⁊ incipis bona  
desiderare. Cum bona desiderare ceperis: erit  
in te timor sc̄s ille / scilicet ne ipsa bona a  
mittas / ne mittaris in gehennam. ⁊ ne  
te deserat illa p̄sentia d̄ni. quem ample  
deris / quo eterno fruī desideras. **F**rater q̄  
dam interrogauit senem / quomodo uenit  
timor d̄i in animam / ⁊ dixit senex / si ha  
bet homo humilitatē ⁊ paupertatē / ut n̄  
iudicet alterum / sic uenit in eum timor  
dei. **D**ixit senex / timor ⁊ humilitas / et  
egestas uictualū / ⁊ plangētus maneat in  
te. **D**icebat quidam senex / quicquid odio ha  
bes / alij ne facias. **S**i odis eum qui tibi  
male loquitur: neq; tu male loquaris de a  
liquo. **S**i odio habes eum qui tibi calumniā  
facit: neq; tu calumniam facias alicui. **S**i  
odis habes eum qui te in contemptū ducit.  
aut inuicis appetit: nichil tui horum facias  
cuiquam. **Q**ui ergo uerbū istud custodire  
potest: sufficit ei ad salutem. **D**ixit senex.

hinc al. super  
ab salutem  
100

Vita monachi hec est: operatio / obedientia /  
 meditatio / et ut non iudicet. non obloquat.  
 non murmuret. **S**criptum e enim. Qui di-  
 ligitis dnm odite malum. Conachi vita  
 hec est: non ingredi cum iniustis. neq; uide  
 oculis suis mala: neq; curiosus agere neq;  
 audire inania. neq; aliena rapere / sed ma-  
 gis sua tribuere. neq; supbire corde / neq; co-  
 gitatione malignari. neq; uentrem imple!  
 s; cum discretionem omnia agere / ecce in his e  
 monachus. **D**ixit abbas iacob: quia sicut lu-  
 cerna obscurum cubiculum illuminat. ita ti-  
 mor dñi / si uenerit in cor hominis / inlumi-  
 nat eum! / et docet omnes uirtutes / et man-  
 data dñi. **I**ntrogauerunt quidam patrū ab-  
 batem macharium egyptū dicentes / quan-  
 do manducas / et quando iaiunas. quare cor-  
 pus tuū tā sicū est. **E**t dixit senex eis.  
 sicut lignum in manu hominis cum quo  
 frutices in igne uersantur / ita si homo ha-  
 buerit mentem suam in timore dñi / ipse ti-

vita monachi

...

oc u...

·vii·  
timor dñi uitia eius consumit. *De sapiētia q̄*

**C**orona sapientie timor dñi est. *xps ē*  
Et initū sapientie timere dñm: ⁊ pleni-  
tudo sapientie ⁊ radix sapientie timor dñi  
est. Timeamus ergo km̄ dñm: ⁊ animal  
nās preparē ad accipiendam sapientiā  
ut sapienter ⁊ pie ⁊ iuste uiuentes cum  
ipsa sapientia regna meriamur possidere  
perpetua. **S**i enim scriptum est: qui custo-  
dierint illam iustificabuntur ab ea ⁊ fa-  
cile uidebitur ab his qui diligunt eam. et  
inuenietur ab his qui querunt illam. **S**crip-  
tum ē enim: concupiscentia itaq; sapientie  
deducit ad regna perpetua. **P**ropter ea ait  
salomon: optaui ⁊ datus est michi sen-  
sus. inuocaui ⁊ uenit in me sp̄s sapien-  
tie ⁊ proposui pro luce habere illam. **S**up  
salutem ⁊ omnem pulchritudinem dilexi  
illam: quia inextinguibile est lumen il-  
lius. **V**enerunt autem michi omnia bo-  
na pariter cum illa: et innumerabilis ho-



nestas p manus illius. et letatus sum in  
 omibz/ qm ante cedebat me sapientia. **I**nfi  
 nitus enim thesaurus e hominibz: quo q  
 usi st/ participes facti sunt amicitie di. Est  
 em in illa sps intellectus/ scs/ unicus/ mul  
 tiplex/ subtilis/ mobilis/ disertus/ incomq  
 natus/ certus/ suavis/ amans bonum/ acu  
 tus/ humanus/ stabilis/ securus omnem  
 habens uirtutem: omnia pspiciens/ 7 que  
 capiat omnes sps intelligibiles. Omnibz  
 enim mobilibz mobilior est sapientia. **V**a  
 por est enim uirtutis di. 7 emanatio cla  
 ritatis/ aptis sincera. Candor est enim *7 dispositio di*  
 luas eterne et speculum sine macula dei  
 maiestatis: 7 imago bonitatis illius. Est  
 enim hec speciosior sole: 7 sup omnem stel  
 larum dispositione luci comparata inue  
 nitur prior. Luci enim succedit nox. **S**a  
 pientiam autem non uincit malitia. At  
 tingit ergo a fine usqz ad finem fortiter  
 7 disponit omnia suauiter. **S**obrietatem

enim et sapientiam docet / et iusticiam / et  
uirtutem. quibus utilius nichil est in uita  
hominibus. **T**hesaurus enim magnus est  
sapientia: quam qui inuenerit / inueniet  
uitam: / et qui possederit illam / immortalitatis  
habet coronam. **I**psa est enim quae  
stabiles facit in fide: certos in uerbo / dulces  
in eloquio / hilares in dato / in misericordia  
humanos / in respondendo suaves / in discer  
nendo sagaces / in prosperitate mites / in ad  
uersitate securos / acutos in sensu / plucidos  
in facto. candidos in uultu / et fortes in con  
flictu. **U**nde ergo sapientia ueniet: **E**t  
quis est locus intelligentie. **A**bscondita  
est ab oculis omnium inuentum. **D**is intel  
ligit uiam eius: / et ipse nouit locum illius.  
**I**psa enim dixit homini / ecce timor domini / ip  
sa est sapientia: / et recedere a malo / intelli  
gentia. **D**iligamus ergo eam fratres: ut dili  
gamur ab ea. **I**psa enim sapientia quae christus  
est dicit: **E**go sapientia habito in consilio:

et eruditus intersum cogitationibus. **Q**uem  
 est consilium et equitas: mea est prude-  
 tia/ mea est ⁊ fortitudo. **E**go diligentes  
 me diligo. ⁊ qui mane uigilauerint ad  
 me, inuenient me. **M**ecum sunt diuitie/  
 et gloria. **M**elior est fructus meus auro/  
 et lapide p̄cioso. **I**uuis iusticie ambulo:  
 ut dicem diligentes me: ⁊ thesauros eorū  
 repleam/ diligit enim d̄s illum: qui diligit  
 sapientiam. **S**apientia enim filijs suis uitā  
 p̄parat. **D**iligentibus se iusticiam ministrat: a-  
 mantibus se prudentiam donat: in temptatōe  
 cum illo ambulat. ⁊ iter directum illi p̄parās/  
 absconsa sua denūdat ⁊ sup illum scientiam  
 ⁊ intellectum prudentie thesaurizat. **E**rgo q̄  
 tenuerit illam: uitam hereditabit eternam.

*De prudentia. viii.*

**P**rudencia namq; orna-  
 mentū est omnium uirtutum: glā ubi  
 tecusq; sermonis: sicut scriptum est: orna-  
 mentū aureum prudentis doctrina. ⁊ quasi  
 brachiale, in brachio dextro. **P**rudencia cul-

tos est oris: gubernatio actionis temperantia  
cordis: moderatio lingue omniumque statere  
uulorum et ponderatio rerum. Sic enim  
scriptum est: uerba prudentium in statere  
ponderabunt. Hinc et paulus ait: sermo uir  
semper in gratie sale sit conditus: ut sciatis  
quomodo oporteat uos unumquemque respondere.  
Diligamus ergo et nos fratres hanc clarissimam  
uirtutem: que nobis gubernationem animi  
disponat et discretionem mentis confirmet.  
Sic enim scriptum est: qui sapiens est me-  
ta gubernatur prudentia. Diligamus pru-  
dentiam: que gressus operis nostris dirigat et  
actus cogitationis disponat. Scriptum est  
enim: uir prudens dirigit gressus suos. Di-  
ligamus prudentiam: que nobis domum spiri-  
talem edificet: et edificatam sublimiter ro-  
boret. Scriptum est enim: sapientia edifi-  
cabitur domus et prudentia roborabitur. Di-  
ligamus prudentiam: que nobis ornam-  
ta morum et copiam ministrat uirtutum. que ori-

nō legem ueritatis insinuet / 7 sermonem  
sapientie 7 intellectus multiplicat adornet.  
sermonibz nris aureum ornamentū impo-  
nat. 7 labus nris munus argenteū confe-  
rat. moribz nris iugem custodiam / congru-  
am ministret / 7 gloriam. *De simplicitate. ix.*

**M**agna est quide prudentie uirtus. sed  
neceffe est ut simplicitatis uirtute  
temperetur. Sic enim dñs in euēgelio ait.  
estote prudentes sicut serpentes / 7 simplices  
sicut columbe. Et de iob simplici uiro diabo-  
lo dñs ait. Numquid considerasti seruum  
meum iob / quod non sit ei similis sup terrā /  
simplex et rectus / 7 timens dñm / 7 recedens a  
malo. Diligamus ergo fr̄s hanc magnam  
uirtutē / que de altissimo thesauro pcedit.  
que quamuis omnibz xpianis / maxime  
autem necessaria est monachis. qui uite  
ppositum simplicitatis ornare debent offi-  
cio. Scriptum est enim / sentite de dño in  
uinitate / 7 in simplicitate cordis querite

illum. qm̄ inuenitur ab his qui n̄ temptat̄  
illum. Diligamus ergo simplicitatē cordis.  
ut ab illa actus n̄i dirigantur in uiam  
salutis. Scriptum est enim. Simplicitas  
iustoz dirigit eos. Obediamus uerbis pau-  
li p̄dicatoris egregij. qui nos ammonet di-  
cens. Tuolo uos sapientes eē in bono. simpli-  
ces in malo. Debet etenim electoz corda  
prudentia in bonum iugiter acuerē. ⁊ simpli-  
citas ab acumine prudentie temperare. ne  
aut prudentia modum rectitudinis excedat.  
aut simplicitas ignorantie fallacia torpel-  
cat. De iacob enim legitur. quod esset uir  
simplex et in domo habitans. Quia nimi-  
rum om̄s qui in curis exterioribus spargi  
refugiūt. ⁊ simplices in cogitatione atq; i  
conscientie sue habitatione consistunt. ne-  
dum ad multa foris iniant. a semetipsis  
alienatis cogitationib; recedūt. Curram⁹  
ergo p̄ simplicitatis itinera. ut ad perennitatis  
p̄ eam citius p̄uenire mereamur.

patiam. ubi immortalitatis stolam ⁊ simplicitatis recipere mereamur premia. *De. x.*

**D**e hac enim uirtute patiente *patientia.*

sidonis ait. in patientia ur̄a possidebitis animas ur̄as. Et paulus discipulis ei dicit. induite uos sicut electi di uiscera misericordie/humilitatem patientiam/suportantes inuicem ⁊ cetera. Salomon q̄s ait. doctrina iuri patientiam noscitur. et gloria eius iniqua p̄tergredi. Iacobus apls p̄dicans ait. patientia autem opus p̄fectum habet. ut sitis p̄fecti ⁊ integri in nullo deficientes. Et paulus iterum dicit.

corripite inquietos. consolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. Curramus ergo dilectissimi fr̄s p̄ hanc patientie uiam. ⁊ diligamus eam. quia non habet offendiculum. sed plenum ⁊ eternum p̄ se currentibus ī futuro retribuet gaudiū. Magna est enī fr̄s uirtus patientie. que ledentes se nō

ledit sed diligit. q̄ iniurianti se iniurias  
remittit non reddit. cui nocere potest non  
nocet sed parat. Radix enim omnium et  
custos uirtutum patientia est. Per patientiam  
uero possidemus animas nostras. Custodem  
igitur conditionis nostre patientiam dominus esse  
monstrauit. quia in ipsa possidere nosmet  
ipsum docuit. Patientia autem uera est. a  
liena mala equanimiter patitur et contra eum  
qui mala irrogat nullo dolore moueri. Pa  
tientia ergo uirtus est fr̄s. que nos deo  
commendat. et a malis omnibus custodit et  
seruat. Ipsa est que iram temperat. linguam  
refrenat. et mentem gubernat. Ipsa est que  
pacem custodit. disciplinam moderate pro  
git. libidinis impetum frangit. uolentiam  
comprimunt. et incendium similitatis extin  
guunt. coheret potentiam diuitem. refouet in  
opiam pauperum. facit humiles in prosperis.  
fortes in aduersis. contra iniurias et contu  
melias mites. temptationes expugnat. per



secutiones tolerat. **I**psa est que fidei nre  
 fundamenta fortiter munit. incremēta  
 spei nre sublimiter puehit. **F**actus uite  
 nre dirigit ipsanos ut tenere possimus  
 uiam xpi patienter gubernat. et ut filij  
 di pseueremus immobiliter confirmat.  
**H**anc enim uirtutē fcl dlimi. cum gau  
 dio diligere. **E**t totis uiribz amplecti debe  
 mus. **C**ito enim fructum patientie ei qz  
 pmium recipiemus. si cum illa usqz in fi  
 nem pseueremus. **S**ic enim **J**acobus  
 ap'ls ait. ecce iudex ante ianuam assistit.  
 qui et uobis premia patientie. **E**t aduer  
 sarijs ur̄is penam quam merentur resti  
 tuat. **A**n̄te ianuam dic̄. quia proximus  
 nobis est **E**t paratus dñs ihc xpc. et ad  
 dimittenda nobis rogantibus delicta. et  
 ad reddenda patientie pmia. **D**icebant de  
 abbate ylicoro quierat presbyter in scithi.  
 quia si quis habuisset frēm infirmū. aut  
 pusillanimē. aut iurgiosum et uolebat

108  
eum expellere foras. ille dicebat. Adducite  
eum ad me: et adprehendens eum patientia  
sua curabat animū fr̄is illius. Venerunt  
aliquando latrones in monasteriū cuius  
dam senis: et dixerunt ad eum. Omnia quę  
cumq; in cella tua sunt tollere uenimus.

At ille dixit. Quantū uobis uidetur filij: tolle.  
Tulerunt ergo quodcumq; innenerūt  
in cella: et abierunt. Obliti sunt autem ibi  
sacellum quod erat absconditum in cella. Se-  
nex uero tollens eum secutus est post eos  
clamans dicens. Filij: tollite quod obliti es-  
tis in cella. Illi uero admirantes patien-  
tiam eius: reuocauerūt et restituerūt omnia  
in cellam eius. et penitentiam egerūt omnes

ad inuicem dicentes. Hic uere homo dei est. xi.

et uirtus humilitatis. *De humilitate.*

**H**uamius omnium esse debeat christianorum!  
maxime autem in cordibus habitare: et re-  
quiescere debet monachorum: unde et ysa-  
torus ait. Summa monachi uirtus humi-

litas: summū uicium eius supbia est. Tūc  
 autem se quisq; monachum iudicet: quan  
 do se minū existimauerit/etiam cū ma  
 iora uirtutū opera gesserit. Qui mundū  
 deserunt/7 tamen uirtutes p̄ceptoz sine cor  
 dis humilitate secuntur: isti quasi de excel  
 so grauius corruunt. quia deterius p̄ uirtu  
 tutū elationē deiciuntur. quam p̄ uitia pro  
 labi potuerunt. Semp conscientia serui dī  
 humilis eē debet 7 tristis: scilicet ut p̄ hu  
 militatem non supbiat. 7 p̄ utilem merore  
 cor ad lasciuam non dissoluat. De hac sū  
 ma uirtute 7 dñs ait/omnis qui se exal  
 tat humiliabitur: 7 qui se humiliat exal  
 tabitur. Hinc 7 iacobus ait/ gloriatur au  
 tem fr̄ humilis in exaltatione sua: quia om  
 nis frater qui aduersa humiliter p̄ dño suf  
 fert. sublimiter ab illo regni premia p̄cipi  
 et. Hinc 7 beatus petrus ait/ quia deus  
 supbis resistit: humilibz autem dat gra  
 tia. Omnes enim dicit: scilicet seniores. 7

adolescentes. quibus inuicem iubetur hu-  
militatis insinuare uirtutem. ⁊ hy uide-  
licet regendo ⁊ illi humiliter obsequen-  
do. **O**mnes ergo humilitatē alterutrum  
uel exemplo ⁊ uel etiam uerbo docet insi-  
nuare. quia nimirum omnibz supbie ui-  
tium quod angelos de celo deiecit ⁊ noue-  
rat eē cauendum. **E**t quesit gratia qm̄  
humilibz promittat donandam sequenter  
exponit dicens humiliamini igitur sub  
potenti manu dī. ut uos exaltet intem-  
pore uisitacionis. **H**anc ergo gratiam hu-  
milibz tribuit. ut quo magis humiliati  
fuerint tempore certaminis propter ipm̄.  
eo gloriosius exalcentur in tempore retri-  
butionis ab ipso. **H**uic psalmista ait. **I**ux-  
ta est dñs his qui tribulato sunt corde. ⁊  
humiles spū saluabit. **O**mnis autem hu-  
militas non tam in sermone qm̄ in men-  
te est. ut humiles nos conscientia noue-  
at. ⁊ nūqm̄ superbe nos uel scire uel intel-

ligere aliquid estimemus. Mirabiliter  
 enim culmen humilitatis rex & propheta  
 dauid retinebat cum diceret. **D**ñe non ē  
 exaltatū cor meū. nec elati sunt oculi  
 mei. & cetera. Ipse iterum ait. **S**acrificiū  
 deo sp̄s contribulatus. Et iterum **F**uide  
 humilitatem meam & laborem meū. et  
 dimitte omnia delicta mea. **S**i ergo hu-  
 miliatū cor sacrificiū deo est. sacrificiū  
 optulit quando dixit. **D**ñe non ē exalta-  
 tum cor meū. & cetera. **Q**uod si hoc aliquis  
 heremita cellule sue uacans talia diceret.  
 magna tam̄ patientie laude fulgeret. **S**  
 quia hoc purpuratus rex & prophetarum  
 dicebat eximus. humilitatis eius exem-  
 plum p̄ uniuersum mundū diffusa laudat  
 ecclā. **Q**ue ideo maxime inter uirtutes  
 eximas. humilitatis honorata consurget.  
 qm̄ eam dignatio maiestatis assumpsit.  
**D**ixit abbas antonius. **I**udi omnes laq̄-  
 os inimici tenso in terra. & in gemit scēs

dux. Quis putas transiet istos. Et audiui uo-  
cem dicentem humilitas. Dicebat albas  
seraphio: quia multos labores corporales  
plusquam filius meus zacharias feci.  
Et non pueni ad mensuras humilitatis  
et taciturnitatis eius. **A**lbas moyses di-  
xit sibi zacharie. Dic michi quid faciam.  
**A**t ille tollens cucullam decapite suo  
misit illam sub pedibus suis. Et conculcans  
eam dixit. nisi ita conculcatus fuerit ho-  
mo. non potest monachus esse. **I**n terro-  
gatus senex quare inquietaretur a demo-  
nibus. respondit. quia arma nra abieci.  
que sunt contumelie humilitas pauper-  
tas et patientia. **I**n terrogatus senex quid  
esset perfectio hominis. respondit. perfectio  
hominis est humilitas. **Q**uantum enim  
quis ad humilitatem profecerit. et inclinatus  
fuerit. tantum eleuabitur ad perfectum. quia  
omnem filium quem recipit. Valde necessa-  
rium est iusto in hac uita / et uitys temp-  
tari et uerberari flagello: ut dum uitys  
pulsatur / de uirtutib; non supbiat. Dum  
uero aut animi aut carnis dolore atteri-  
tur: a mundi amore retrahitur. Durius  
circa suos electos in hac uita d's agit: ut  
dum fortiorib; flagellis stimulis feruntur /  
nulla oblectamenta presentis uite delecten-  
tur: sed celestem patriam ubi certa requies  
expectatur / indelinerter desiderent. Ammo-  
nendi sunt egri: ut eo se d'i filios sentiant.  
quo illos discipline flagella castigant. Si  
si enim correctis filiis hereditatem dare dis-  
poneret: et uide eos p̄ molestias non cura-  
ret. Lapidēs scūary dñi extra tonsi sunt:  
ut in constructione templi absq; malei so-  
nitu p̄nerentur. quia uidelicet nunc foris  
p̄ flagella tōndimur: ut intus in templo

dei post modum sine disciplina et percussio-  
ne disponamur. quatinus quicquid in nob  
est superfluum modo percussio reseret. et tunc  
sola nos in edificatione concordia caritatis  
liget. Ammonendi sunt egri quatinus pa-  
tientie uirtutem seruent. et incessanter qua-  
ta redemptor noster ab his quos creauerat per-  
tulit mala considerent. Cur itaque aspici cre-  
ditur ut a deo homo toleret flagella pro ma-  
lis. si tanta deus ab hominibus pertulit mala  
pro bonis. Aut quis sane intelligentie  
de percussione sua ingratius existat. si ipse hic  
sine flagello non exyt. qui huc sine pecca-  
to uenit. *De infirmitate carnis. xxxvi.*

**Q**uosdam uidens deus nolle proprio uo-  
to corrigi. ad uultum tangit sti-  
mulis. quosdam etiam presciens multum  
peccare posse in salute. flagellat eos corpo-  
ris infirmitate ne peccent. ut eis utilius  
sit frangi languoribus ad salutem quam  
manere incolumes ad damnationem.

Qui ualentiores sunt et sani. utile est  
 illis infirmari / et non peccare. ne puigore  
 salutis inlicitis sordidentur / cupiditatum  
 et luxurie desiderijs. Est p̄niciosa sanitas / q̄  
 ad inobedientiam hominem ducit. est et sa-  
 lubris infirmitas / que p̄ diuinam correpti-  
 onem mentem a duricia frangit. Dixit  
 sc̄a sicutica. quia diabolus infirmitates  
 quasdam experendo aduersus eum qui temp-  
 tandus est adhibet. ut p̄ eas pusillani-  
 mes faciens monachos contuderet caritate  
 eorum / quam habebant apud d̄m. Sed q̄m  
 us concidatur corpus / et febribus ualidis  
 inflammetur. in super etiam si intolerabili-  
 ter affligatur. si quidem peccator es qui hec  
 sustines / recordare sc̄li penas / eternū ignē  
 et iudicialia tormenta. et ita non deficies  
 ab eis que in p̄senti contingunt. in super  
 et gaudebis quia uisitauit te deus / ⁊ illū  
 famosissimū dictum in lingua habeto. id est  
 castigans castigauit me d̄ns. et morti

non tradidit me. **S**i ferrum es: spera adhibi-  
tum tibi ignem. Quod si iustus es: et hec pa-  
teris: te magnis ad maiora promoueris.  
**A**urum es: sed p ignem probator eris. **S**i  
febrilz: si rigore frigoris castigaris: me-  
mor esto quod scriptura dicit. transiuimus  
p ignem et aquam. **S**i infirmitas mole-  
sta nobis fuerit: non contristemur tamen/  
quod p infirmitate et uulnere corporis nō  
possimus stare ad adorandum/ aut psalle-  
dum dño. **H**ec autem omnia nobis profici-  
unt ad destruenda corporis desideria: qm̄  
ieiunia et labores propter turpes delecta-  
tiones nobis constitutę sunt. **S**i igitur e-  
gritudo ista redundet supflua: de his obser-  
uandi ratio est. sic enim magno et foris me-  
dicamine exitialia ab egritudine corporis  
uitia reciduntur. **E**t hec est magna uirtus  
quando infirmitatibz tolerantia fuerit ad-  
hibita. et gratiarum actio a dō fuerit remul-  
sa. **S**i amittamus oculos non feramus

gaute: extollentie instrumentū amisi-  
 mus: et interioribz oculis gloriā dñi spe-  
 culamur. **S**urdi facti sumus: non curemus  
 quia auditum uanum amisimus. **M**anus  
 nre ex aliqua passione debilitate sunt: &  
 interiores paratūs habemus adūsus ini-  
 mica temptationes. **I**nfirmas totū corp<sup>9</sup>  
 nrm tenet: sed interiori homini nro sani-  
 tas crescit. **De tribulatione iustorum. xxxii.**

**I**ustus in adūsus probari se recognoscat: n̄  
 deici. **S**ui sc̄i plus formidant prospera qm̄  
 adūsia. **D**eī seruos prospera deiciunt: aduer-  
 sa uero erudiunt. **I**deoq; sc̄i uiri constantia  
 ita portare debet adūsia: ut frangi non q̄at.  
**T**unc magis sunt dei oculi super iustos:  
 quando eos affligi ab iniquis prouiden-  
 tia superna p̄mittit. **N**am tunc eis gaudia  
 disponuntur eterna: quando p̄senti tribu-  
 latione probantur. **O**mnes uite huius  
 tribulationes aquis comparantur: p̄te-  
 reuntibz: propterea quia si quid in hac

uita tribulationis acciderit: non stat, sed ce-  
leriter transit. **Q**ui uite future p̄mia di-  
ligenter excogitat: mala omnia uite pre-  
sentis equanimiter portat: q̄m ex illius  
dulcedine huius amaritudinem tempe-  
rat: et ex eternitate illius breuitatem hu-  
ius despiciat transitoriam: quia dum in do-  
lore grauantur cupiditatis et luxurie/iu-  
tior, ceteroz mala non appetunt. **P**lus p-  
dest saluti temptatio seculi, quam pro-  
speritates: nam ex prosperitate in deterius  
itur: ex temptationis dolore, in melius p-  
ficiatur. **N**usquisq; ad temptationem a-  
nimum preparare debet. **M**inus enim  
dum speratur temptatio grauat: dure au-  
tem premit, si non sperata aduenerit. **S**a-  
pientis est contra omnia aduersa ante  
meditari: nec inueniri casus debet: quem  
non consilia eius preueniant. **H**ec causa  
est qd ab iniustis iusti sinuntur affligi:  
ut scilicet dum futura audiunt bona q̄



cupiunt. patientur etiam mala presentia  
 que perhorrescunt. atque ad feliciorum exitum  
 dum amor provocat cruciatus impellat. **D**a  
 uid psalmista ait. tu es in refugium a pres  
 sura que circumdedit me. exultatio mea re  
 dime me a circumdantibus me. **E**cce quasi  
 in nocte pressuram nominat. et tamen li  
 beratorem suum inter angustias exulta  
 tionem vocat. **F**oris quidem nox erat in  
 circumdatione pressuræ. sed intus carmina  
 resonabant de consolatione lætitiæ. **H**ectus  
 quisque dum circumdari se pressuris narrat.  
 et tamen dominum sibi exultationem nominat.  
 procul dubio quasi carmen in nocte cantat  
 ut ad subsequens vite diem felix pue  
 niat. **D**ixit quidam senex. si venerit ho  
 mini temptatio quod undique enim multipli  
 catur tribulatio quod nescit ut pusillanimus fi  
 at et murmuret. **T**u tamen si te occupa  
 verit infirmitas corporis. noli pusilla  
 nimis fieri. neque moleste suscipias. quia

ipſe dñs p te cogitat de omnibz. Numquid  
ſine ipſo uiuis. patienter ergo ferre debes.  
et rogare eum ut donet que expediunt. hoc  
eſt ut quod uoluntas ipſius eſt facias.  
et ſede cum patientia manducans quod  
habet in caritate. *De temptationibus. xxxiiij.*

**M**ultis calamitatum temptationibus  
mens iuſti in hac uita pulſatur. un  
de et optat ab hoc ſc̄lo funditus euelli. q̄  
et erumnis careat. ⁊ fixam illic ſecuritatem  
inueniat. Non amplius temptat electos  
diabolus. quam di uoluntas p̄mittit.  
Temptando autem ſc̄oz p̄fectibz ſeruit. ⁊  
ſi nolens utilitati tamē ſc̄oz ſeruit dia  
bolus. quando eos temp̄g tationibz ſuis nō  
decipit ſed potius erudit. ⁊ Sollicite hoſtis  
inſidias intelligere parat. ⁊ ter et cauere dei  
ſeruum oportet. ſic q̄ ⁊ innocentia uite  
exiſtere ſimplicem. ut n̄ tamen oporteat  
cum ſimplicitate eē i. prudentem. Qui  
prudentiam ſimplicitati non miſcet. iux

ta pphetam. columba. ē. seducta non habes  
 cor. sed ideo columba quia simplex. ideo au  
 tem cor non habens. quia ignara prudentie  
 est. In oculis carnaliū diabolus terribilis  
 est. in oculis electorū terror eius uilis est.  
 Ab incredulis ut leo timetur. a fortibus  
 in fide ut uermis contempnitur. atq; ad  
 momentū ostensus repellitur. diabolus  
 enim serpens est lubricus. cuius si capiti  
 id est prime suggestioni non resistitur. to  
 tus in interna cordis dum non sentitur  
 inlabitur. Temptationum diabolicarum  
 initia fragilia sunt. que si non caueantur  
 sed p usum in consuetudinem transeant.  
 in nouissimis fortiter conualescunt. ita ut  
 aut numquam aut cum difficultate uin  
 cantur. Dum in tota uita diabolus p uari  
 cari hominem cupit. amplius tamen infi  
 ne molitur decipere. Hinc est quod in prin  
 cipio contra protoplastum serpenti est  
 dictum. ⁊ tu insidialeris calcaneo eius.

qua nimirum hominem quem diabolus  
in cursu preterite uite non decipit. in nouis  
simis subplantare disponit. Proinde quā  
uis quisq; sit iustus/numquam necesse  
est ut sit in hac uita securus: sed semper  
humilis caueat/semperq; ne in fine ruat  
solicitus ptimeat. Diabolus scōs omnes  
non temptando possidet: sed temptando  
psequitur. Nam quia non in eis intrin  
secus regnat: contra eos extrinsecus pug  
nat: et qui interius amisit dominum/ex  
terius commouet bellum. Diabolus qn  
do decipere quemquam querit: prius na  
turam unius cuiusq; intendit: et inde se  
applicat: unde aptum hominem ad pec  
candum insperet. Ex ea parte homines  
diabolus temptat: qua eos p̄ exrescentē  
humorem facile inclinari ad uitia con  
spicit: ut scdm̄ humoris consersionem  
adhileat et temptationem. Lege ba  
laam: qui in figura diaboli contra p̄

pulum dei ex ea parte precepit punitos  
 pretendere laqueos. ex qua sensit eos facili  
 us esse lapsuros. Nam et qui aquam ali  
 cubi deducit: non eam p aliam partem mit  
 tit. nisi ubi impetum eius intendit. Ali  
 ud est intrare in mentē cuiusquam dia  
 bolum: aliud uero inhabitare. Nam in  
 corda scōrum ingreditur: dum malas  
 suggestiones insinuat: sed non habitat  
 in eis. quia in suum corpus non eos trans  
 ducit. Qui uero in corpore eius sunt: ip  
 sos inhabitat: quia ipsi sunt templum  
 eius. Et si subrep: at mentibz electorum  
 diabolus: non autem in eis requiescit.  
 sicut in cordibz reproborum. Nam calo  
 re fidei mox excitatur: ut exeat ab elec  
 tis. Non nulli quos iam auido ore  
 diabolus deuorauerat: rursus diuini  
 iudicij occulta miseratione ab eius ore  
 eripiuntur. et saluti restituntur. Nā  
 sepe multos quos antiquus hostis luxu

ne uoragine mersos tenuit. <sup>4</sup> potentia di  
uina p penitentiam ab eius faucibus trahit.  
Multa iustus aduersa in anima patit<sup>r</sup>  
instigatione demonum: sed talibus tempta  
mentis pure uite eterne non potest. quia  
pius dñs ad dampnationem culpe non  
reputat. quod de sue maiestatis pmissu  
nolens qui patitur portat. Nam ibi pecca  
mus: ubi p cupiditatem uel uoluntatem  
deflectimur. Vbi uero uiolenter adduci  
mur: et si facinus aut flagitium non e.  
misera tamen p flagitio et facinore. e.  
Sed qui dñm p interrogata laudat misera cõ  
missio pcul dubio caret facinore. *De multi*

**Q**uatuor modis cõmittitur *modis pec*  
ccatum in corde: quatuor *catis. xxxiii*  
ppetratur et ope. Amittitur corde sug  
gestionem demonum, delectatione carnis:  
consensione mentis, defensione elatiõis.  
Committitur ope nunc latenter, nunc  
palam, nunc consuetudine, nunc despera

tione. **I**stis ergo gradibus et corde delinquitur: et ope perpetratur. Tribus modis peccatum geritur: hoc est ignorantia / infirmitate / industria. **G**rauius est infirmitate / quam ignorantia delinquere: grauius industria quam infirmitate peccare. **I**ndustria namque peccat / qui studio ac deliberatione mentis malum agit: infirmitate autem / qui casu uel precipitatione delinquit. **L**euius autem et de industria peccant: qui non solum non bene uiuunt. sed etiam et bene uiuentes si possunt a ueritate diuertunt. **S**unt peccata leuia / que ab incipientibus cotidiana satisfactione purgantur: que tamen a perfectis iuris uelut magna crimina euitantur. **Q**uid autem homines de magnis sceleribus agere debent. quando etiam perfecti et leuia queque delicta quasi grauissima lugent. **S**ed fugiunt experimento minorum peccatorum maiora committere peccata: ne diuicius feriantur pro magnis

sceleribus. sed deparius corrigi nō nouiunt.  
**J**udicio autem diuino in reatu nequiore  
labuntur: qui distingere inuicem sua  
facta contempnunt. **M**ulti a crimine  
corruunt in crimen: qui diuini cognitionem  
habentes, timorem eius negligunt. et  
quem nouerunt p̄ scientiam, p̄ actionē  
non uenerantur. ideoq; cecantur diuino  
iudicio punienda committere. 7 in pe-  
nam commissi facinoris facinus deteci-  
us addere. **S**epe peccatum alterius pecca-  
ti causa est: quod cum committitur, aliud  
ex ipso quasi sua sololes oritur. sicut fi-  
eri solet, nasci libidinem ex nimia uen-  
tris in gluuie. **P**ena uero peccati peccatū  
admittitur: quando pro merito cuiusq;  
peccati deo deserente, in aliud peccatū de-  
terius itur. de quo amplius qui animi  
serit sordidetur. **E**rgo p̄cedens peccatum  
causa est sequentis peccati: sequens ue-  
ro peccatum, pena est precedentis delicti.



Precedentia itaq; peccata / sequentium sunt  
 criminū causa / ut illa que secuntur sint p̄ce-  
 dentium pena. Precedentium p̄ccōrum pena /  
 ipsa uocatur induratio ueniens de diuina  
 iustitia. Hinc est quod ait p̄pheta / Indurasti  
 cor nr̄m / ne timeremus te. Aliud est non  
 peccare amore dilectionis dei / aliud timore  
 supplicij. Qui enim amore caritatis dei nō  
 peccat / h̄erescit omne malum / amplectendo  
 iusticie bonum : nec eum delectat peccatum.  
 etiam si sceletis impunitas promittatur. Qui  
 uero sola pena supplicij in se uirtia r̄p̄mit :  
 quamuis n̄ expleat opus peccati / uiuit ta-  
 men in eo uoluntas peccandi. doletq; sibi  
 illicitum quod lex prohibere dimoscitur.  
 Ille ergo mercedem boni opis p̄cipit : qui a  
 mando iustitiam facit. non il qui eam solo  
 metu penarum inuitus custodit. Omne pec-  
 catum antequam admittatur / amplius p̄-  
 tuesatur / quamuis autem graue sit : dū  
 in usum uenerit / leue existimatur. ⁊ sine

ullo metu cōmittitur. **I**stis fomitibz quasi  
quibusdam gradibz conualefcit omne pec-  
catum. Cogitatio namq; praua delectatio-  
nem parit. delectatio consensionem, consē-  
fio actionem. actio consuetudinem, consue-  
tudo necessitatem. **S**ic q; his uinculis ho-  
mo implicatus quadam catena uitiorū  
tenetur astrictus. ita ut ab ea euelli ne-  
quaquam ualeat. nisi diuina gratia  
manum iacentis apprehendat. **P**eccatum  
amittere cadere est in puteum. consue-  
tudinem uero peccandi facere. os putei  
est coangustari. ne is qui cecidit ualeat  
erire. sed interdum etiam tales dīs libe-  
rat. dum eorum desperationem ad conu-  
sationem libertatis commutat. **I**pso enī  
miserante peccata dimittuntur. quo  
protegente fit ne in deterius peccando ca-  
datur. **P**reterea metuendum est confi-  
dentibz ita saluari. ne forte dum expec-  
tamur a uityis sanari. et uicia multipli

temus / et salutem non adipiscamur. Et  
 go studeamus aut non cadere: aut cito co-  
 uersi a lapsu consergere. *S*ora peccati im-  
 mantatem facit sceleris: unde et proph-  
 ta. *Ve* inquit qui trahitis iniquitatem  
 in funiculis uanitatis: et quasi uinculu  
 plaustrum peccatum. *T*rahit enim iniquita-  
 tem / ut funiculum: qui tardat conuerti  
 ad dñm. *T*rabere est enim iniquitatem /  
 moram facere iniquitati: unde et psalm?  
 Prolongauerunt iniquitates suas: dñs  
 iustus concidet ceruices peccatorum. *Ue pñ*

*Peccata carnis qñs surgere queat xxxv.*

**P**eccata carnis expti saltem post naufragiu  
 peccare metuant: et pñditionis sue dis-  
 crimina uel cogita phorescant. *D*icen-  
 dum est lapsis / ut pñterita peccata consi-  
 derent / atq; imminuentia deuitent: quati-  
 nus transactas culpas ad memoriam re-  
 uocent: et pollui in futuris etulescant.  
*A*mmouendi sunt peccata carnis expti /

ut uigilanti cura conspiciant / quia post de-  
licta nobis ad se redeuntibus dñs quomodo si-  
num sue pietatis expandat : dicens nobis  
p̄ prophetam / erunt oculi tui uidentes pre-  
ceptorem tuum : et aures tue audient uer-  
bum post tergum monentis. **Hec est uia :**  
**ambulate p̄ eam. ⁊ cetera.** Om̄p̄s deus q̄si  
post tergum nos subsequens monet : quia  
etiam post culpam ad se redire p̄suadet / ad-  
uersum reuocat : commissa non respicit.  
reuertenti sinum pietatis expandit. **Vocē**  
ergo post tergum monentis audimus : si  
post peccata **humili et contrito corde reuer-**  
**timur.** Debemus igitur pietatem uocan-  
tis erubescere / si iustitiam nolumus formi-  
dare : quia tanto grauior improbitate  
contempnitur : quanto et contemptus  
adhuc uocare non dedignatur. **Per ihe-**  
**remiam p̄phetam dñs dicit / et ueniens**  
**usq̄ ad babilonem ibi liberaberis.** **Babi-**  
**lon** quippe confusio interpretatur. **Sepe e**

num qui postquam in confusionem uitiorum ceciderit: erubescens mala que perpetravit ad penitentiam redit. se q̄ a suis lapsibus bene uiuendo erigit. quid ergo iste nisi usq̄ ad babilonem uenit/et ibi liberatus est. Non numquam quisq̄ erubescens mala que fecit se contra se erigit/et bene operando ad statum rectitudinis redit. In babilone itaq̄ liberatus est: q̄ p̄ diuinam gratiam ostenditur etiam de confusione saluatus. **P**ropheta ergo ad transmigrationem loquitur: cum illos increpat qui ab statu rectitudinis ad erroris uitia in transmigratione ceciderunt. **F**rater interrogauit senem dicens. **S**i incurrit monachus in peccatum/et affligatur pro eo quia de profectu in deteriore statum puenerit. et laborat donec resurgat. Respondens autem senex dixit. **M**onachus in temptationem incurres/ sic ē tāquam domus que cecidit/et si

sobrius fuerit in cogitatione sua reedifi-  
cat eam. inueniens materias ad edifi-  
cium profuturas. habens posita funda-  
menta et lapides et arenam et cetera q̄  
sunt edificationi necessaria. et ita uelo-  
citer eius fabrica proficit. Ita est mona-  
chus si in temptationem ceciderit et con-  
uersus fuerit ad dñm habet plurimum  
apparatum meditationem diuine legis  
et psalmodiam / opus manuum. que  
sunt fundamenta edificij spiritualis.

**S**upertita est causa *De cogitatione xxxvi.*  
Spectandi. id est opis et cogitationis. q̄  
cum unum iniquitas dicitur qd opere geritur  
aliud iniusticia qd cogitatione animitti-  
tur. Pruius autem actio resecanda est.  
postea cogitatio prius praua opa post-  
modum desideria. Vicissim autem et a  
cogitatione opera procedunt. et ab ope  
cogitatio nascitur. Quamuis et si ab  
opere malo quisq̄ uacet pro solius

tamen prave cogitationis malitia non e-  
 rit innocens. Unde et dñs p̄ ysaiam. Aufer-  
 te (inquit) malum cogitationū ūarum ab  
 oculis meis. Non enim solum factis sed ⁊  
 cogitationib; delinquimus: si eis in licite  
 occurrentib; delectemur. Sicut uirga a filijs  
 in utero positis lacerata perimitur: ita nos  
 cogitationes nre intra nos enutrite occi-  
 dunt. et concepte interius uiperæ uene-  
 no consumunt. animā q̄ nrām crude-  
 li uulnere p̄imunt. Dum unusquisq; di-  
 uina illuminatione p̄uenitur: statim mo-  
 lestis turpium cogitationum pulsatur.  
 Sed di seruis iudicio timoris di temp-  
 tamenta a semetipso reicit: bonusq; con-  
 tra obiectis cogitationib; turpes a se re-  
 pellit. Magna obseruantia circa cordis  
 est custodiam adhibenda: quia aut bone  
 aut male rei ibi consistit origo. Nam  
 sicut scriptum est: ex corde exeunt cogi-  
 tationes male. Ideoq; si prius prave co-

gitationi resistimus. in lapsum operis  
non incurrimus. Plerumque ex bonis ope-  
ribus discimus. quantam uite munditi-  
am in cogitatione construamus. Pene  
cuncta bona opera ex cogitatione procedunt.  
sed sunt nonnulla cogitationis acumina.  
que ex operatione nascuntur. Nam sicut  
ab anima opus sumitur. ita rursus ab  
ope animus eruditur. Valde necesse est  
ut cum cogitatio extra usum ducitur.  
protinus mentis oculus ad opera trans-  
acta reuocetur. In sola nonnunquam cogi-  
tatione delinquitur. et quia usque ad opus  
non puenit culpa. neque ad cruciatum pue-  
nit penitentia. sed cogitata afflictio men-  
te citius erigit. quia nimirum tantum  
modo cogitata iniquitas polluit. Sepe  
namque hoc quod a conspectu iudicis iam  
fletu interueniente deletum est. ad ani-  
mum per cogitationem redit. et de uicta cul-  
pa ad delectationem rursus inserpere ni-



66  
titur/atq; in antiquo certamine diuina  
pulsatione reparatur. ita ut quod  
prius egit in corpore, hoc importuna cogi-  
tatione postmodum uersetur in mente. cū  
nichil foris opere agitur, sed sola intus  
cogitatione peccatur. **D**istricto se reatu  
mens obligat. nisi hoc sollicitis lamentis  
tergat. **P**lerumq; autem cordis terrenarū  
cogitationum turba dum perstrepat, clau-  
dit. atq; in secretorio mentis quantum  
nisi curarum tumultuantium sonus cō-  
pescitur. tanto amplius uox presidentis  
iudicis non auditur. **N**on nūquam in ip-  
so orationis nre sacrificio importune se-  
cogitationes ingerūt. que hoc rapere uel ma-  
culare ualeant. quod in nobis deo flentes  
immolamus. **O**mnes qui uel illicita ap-  
petunt, uel in hoc mundo uideri aliquid  
uolunt, densis cogitationum tumultibz  
in corde comprimuntur. **M**are significat  
mentem hominis. 4 quasi fluctus maris

sunt cogitationes mentis. que aliquan-  
do p̄ iram tumescunt. p̄ gratiam tran-  
quille fiunt. p̄ odium cum amaritudi-  
ne defluunt. **M**ens quippe humana q̄t  
temptationes patitur. quasi tot ficti-  
bus mouetur. **P**lerumq̄ mentem homi-  
nis tumultus cogitationum deprimit.  
ira p̄turbat. et cum recedit ira. succedit  
inepta letitia. **F**rater aliquis interroga-  
uit quosdam patrum. si polluitur homo  
quando res sordidas cogitat. et alij dice-  
bant etiam polluitur. alij indocti dicebant  
non. quia si polluitur. non possumus sal-  
uari nos qui idiote sumus. sed hoc p̄ti-  
net ad salutem. si ea que cogitamus. cor-  
poraliter non fecerimus. **D**ixit quidam  
senex. **N**on quia intrant cogitationes  
male in nos. / condempnamur ex eo. sed si  
male utimur cogitationibus. **F**it enim  
ut p̄ cogitationes naufragium patiamur.  
et ideo cogitationibus coronabimur. **De simone.**

**D**um quedam parua uitiozum ūba  
 non uitamus: in magno lingue p  
 labimur crimine. Et dum facta quedam  
 non graua libere ac sine metu commit  
 timus: ad fortiora scelera et horrenda pec  
 candi consuetudine labimur. Vani ser  
 mones in ore xpiani esse non debent. Nā  
 sicut malos mores bona colloquia cor  
 rigunt: ita praua colloquia bonos mo  
 res corrumpunt. Custodia ori ponitur:  
 dum quisq; non se iustū sed quod magis  
 uerum est peccatorem fatetur. Manum  
 sup os ponit: qui bonis opib; lingue ex  
 cessum operit. Manum sup os ponit: q  
 male locutionis culpas bone actionis ue  
 lamine tegit. Quatrimoda est dicendi  
 ratio: qua puidendum est quid: quan  
 do: cui: uel quomodo: aliquid proferatur.  
 Bonum quippe bene loquitur: qui ea q  
 recta sunt humiliter adnuntiare uide  
 tur. Corde bene loquitur: qui caritatem

non simulat. Ore bene loquitur: qui carita-  
tem & ueritatem adnuntiat. **F**actis bene  
loquitur: qui alios bonis exemplis edificat.  
**M**ali mala respondent pro bonis: et aduersa pro  
optinis. **B**oni bona respondent pro malis:  
et prospera pro aduersis. **A**duersus conui-  
tium lingue/fortitudo adhibenda est pati-  
entiae: ut temptatio uerbi que foris impug-  
nat/ tolerantie uirtute deuicta discedat.  
**D**icebant quidam patrum/ quia dum sece-  
rent aliquando seniores et loquerentur  
sermonem de edificationibus: erat inter  
eos unus proudus. et uidit anglos ma-  
nus agitantes et leuantes eos. **U**t au-  
tem uenisset locutio secularis/ discedebant an-  
geli: et uolutabantur proci in medio eorum  
pleni fetoribus. et polluerunt eos. **C**um  
autem rursus loquerentur de edificatio-  
ne: uementes iterum angeli lauabant  
eos. **V**enerunt ergo aliquando senes  
ad abbatem antonium: et erat cum eis

etiam alia ioseph. Volens autem abb' an-  
 tonius probare eos / mouit sermonem de  
 scripturis scis / et cepit interrogare a uni-  
 oribus quid eet hoc / aut illud uerbum. /  
 singuli eorum dicebant pro ut poterant.  
 Ille autem dicebat. Nec dum inuenistis.  
 Post omnes uero dixit abbati ioseph. Tu  
 quomodo dicis uerbum hoc. / Et ille respon-  
 dit. Nescio. Et dixit alia' antonius. Vere  
 alia' ioseph solus inuenit uiam / qui nescire  
 se respondit. Frater quidam interrogauit  
 senem dicens. Siquis frum attulerit ad  
 me de foris sermones / uis alia dicam ei /  
 ut non eos afferat ad me. / Et respondit  
 ei senex. Noli. Et dicit fr. Quare. / respo-  
 dit senex. Quia nec nos potuimus id custo-  
 dire. Et dicit fr. Quid ergo debet fieri. / Et  
 respondit ei senex. Si uolumus taciturni-  
 tatem seruare / sufficit proximo modus ipe

... mod' taciturni  
 ...

**L**ingua discretè re **De taciturnitate. xxxvii.**  
 frenanda est: non insolubiliter obli

ganda. **S**criptum namq; est. **S**apientia  
cebit usq; ad tempus. **U**t nimirum cum o-  
pportunum considerat. postposita censura sile-  
ti. **L**oquendo que congruunt in usum se uti-  
litatis impendat. **D**e tacendi atq; loquendi  
censura p̄ salomonem dicitur. **T**empus loq̄n-  
di. et tempus tacendi. **D**iscrete quippe ui-  
assitudinum pensanda sunt tempora: ne  
aut cum restringi lingua debeat. p̄ uerba  
inutiliter defluat. aut cum loqui utiliter  
potest. semetipsam pigre restringat. **O**m̄-  
ta sit utilitas taciturnitatis silentiū. **P**sal-  
mista considerans ait. **P**one dñe custodi-  
am ori meo. et ostium circumstantie la-  
bijs meis. **N**on enim p̄ni ori suo parie-  
tem. sed ostium petyt. quod uidelicet api-  
tur et clauditur. **S**nde et nobis caute  
dicendum est. quatinus os discrete et  
congruo tempore uox apiat. et rursus  
congruo taciturnitas claudat. **A**mmo-  
nendi enim sunt. ut si proximis sicut

le diligunt/minime illis taceant: unde eos  
 iuste reprehendant. **V**oxis medicamine utro  
 rumq; saluti concurritur: dum ab illo qui  
 infert actio prava cōpescatur: et ab hoc qui  
 sustinet doloris feruor uulnere aperto ten  
 patur. **Q**ui proximoz mala respiciunt/et  
 tamen in silentio linguam p̄munt/quasi  
 conspectis uulnerib; usum medicamini s̄b  
 trahunt: et eo mortis auctores fiunt: quo  
 uirus quod poterant curare noluerunt.

**F** quidam interrogauit paruulum monachū  
 dicens. **B**onum est loqui antacere. **D**icit  
 ei puer ille. **S**i sunt uerba otiosa/dimitte  
 ea: si autē bona sunt uerba/non diu pro  
 trahas. sed cito incide quod loqueris/et qui  
 esce. **D**ixit senex quidam. **T**aciturnitati ope  
 ram da/et nichil mali cogites: et intende co  
 gitationi tue siue quiescens in lecto/siue  
 surgens cum timore d̄i. et hec faciēs malig  
 norum impetus non timebis. **D**ixit abbas  
 pastor: quia interrogauit abbas moyses

110CA

fr̄em zachariam tempore quo morielatur  
dicens. Quid uides. Et ille dixit ei. Nichil  
melius quam tacere pater. Dixit ei. Verū  
est fili. tace. Dixit quidam atheniensi a mon.  
Si ergo sit necessitas cum uicino loquen-

di. uidetur tibi ut de scripturis cum eo lo-

quaris/ aut de uerbis et sententijs seniorū.

Et dicit ei senex. Si non potest tacere/ bonū

est magis ut de uerbis seniorum loquaris

quam de scriptura. periculum enim est n̄

parium. Dixit senex. quia homo si uerbū

quidem habeat/ opa autem non habeat ad

simulabitur arbori habenti folia/ fructum

autē non. Sicut enim arbor fructibus

plena etiam folijs uiridis: ita et sermo cō-

sequitur hominem qui habet opera bona.

**S**criptum est. *De multiloquio. xxxix.*

multiloquio non effugies peccatum.

Et qui multis utitur uerbis/ ledit animā

suam. Et uir linguosus non dirigetur su-

p̄ terram. Et si multi loquio extollamur:



20  
coram dño non absolvimur. **S**nde melius  
est/ut illud dñm rogantes dicamus **S**pone  
dñe custodiam ori meo. et ostium circum-  
stantie labijs meis. ut non declines cor me-  
um in uerba malicie. **A**mmonendi sunt  
multiloquo uacantes. ut uigilanter aspi-  
ciant. quanto rectitudinis statu depercut-  
dum p̄ multa uerba dilabunt. **H**umana  
etenim mens aque more ⁊ circumclusa  
ad sup̄iora colligitur. quia illuc repetit un-  
de descendit. et relaxata depit. quando se p̄  
infima inutiliter spargit. **Q**ui sup̄uacius  
uerbis a silentij sui censura dissipatur. qua  
si tot riuus extra se ducatur. **S**nde et redire  
interius mens ad sui cognitionem non suffi-  
cit. quia per multiloquium sparsa a secreto  
se intime considerationis excludit. **T**otam  
uero se insidiantis hostis uulneribz detegit.  
qui se amuntione lingue non circumclu-  
dit. **I**nproverbis scriptum est. sicut uerbs  
patens et absqz murozum ambitu. ita uir

qui non potest in loquendo cohibere sp̄m su-  
um. Quia enim muroꝝ silentium non  
habet / patet inimici iaculis ciuitas men-  
tis: et cum se p̄uerba extra semetipsam  
eicit. aptam se aduersario ostendit. Plerū-  
qꝫ p̄ quosdam gradus desidiosa mens in fo-  
ueam lapsus impellitur: et dum otiosa ū-  
ba cauere negligimus / ad noxia p̄uenimꝫ.  
ut prius loqui aliena libeat: et postmo-  
dum detractionibꝫ uitam de quibꝫ loqui-  
mur mordeat. ad extremū uero usqꝫ ad  
aptas lingua contumelias erumpat. Per  
effrenationem lingue seminantur stimu-  
li: oriuntur rixæ / accenduntur faces odio-  
rum. pax extinguatur cordium. Quia mi-  
tiloquio quiesqꝫ deseruens rectitudinem  
iusticie tenere nequaquam possit: testa-  
tur propheta qui ait. Fur linguosus nō  
dirigetur sup̄ terram. Hinc salomon ite-  
rum dicit. In multiloquio peccatum non  
deest. Ysaïas propheta ait. Cultus iusti

tie silentium, uidelicet indicans quia m̄  
 tis iusticia desolatur: quando ab immode  
 rata locutione non p̄citur. **H**inc iacobus  
 ait. **S**i quis putat se religiosum esse/ non  
 refrenans linguam suam/ sed seducens  
 cor suum: **H**uius uana est religio. **P**raui  
 homines sicut in sensu leues sunt: ita in  
 locutione p̄pites/ et reticere p̄ tractando ne  
 gligunt que loquuntur: sed quod leuis con  
 scientia concipit: leuior protinus lingua pro  
 ducit. **P**er semetipsam nos ueritas ammo  
 net dicens. **O**mnne uerbum otiosum quod  
 locuti fuerint homines: rationem reddent  
 de eo indie iudicij. **O**tiosum quippe uerbū  
 est: quod aut ratione iuste necessitatis.  
 aut intentione pie utilitatis caret. **S**i er  
 go ratio de otioso sermone erigitur: pen  
 semus que pena multiloquio maneat: in  
 quo etiam p̄ noxia uerba peccatur. **D**ixit  
 aliquando abbas silois. **C**rede, crede, quia  
 ecce. xxx. annos habeo/ quod non deprecor

dm propter peccatum. sed orans hec dico do-  
mine ihu xpe protege me a lingua mea. et  
usq; nunc per singulos dies corruo per ip-  
sam et delinquo. **A**llas macharius maior  
in scythi dicebat fr̄ib; Post missa eccle. fu-  
gite fr̄s. Et dixit ei unus fr̄. Pater quo ha-  
bemus fugere amplius a solitudine ista.  
Et ille ponebat digitum suum in ore dicens.  
Istud est quod fugiendum dico. Et sic intra-  
bat in cellam suam: et claudens hostium  
sedebat solus. Dixit allas silois: quia pere-  
grinatio nra in hoc est: ut teneat homo os  
suum. Dixit allas hypericius. Monachus q̄  
non retinet linguam suam in tempore fu-  
roris: necq; passionis ceteras potit aliquan-  
do inhiere. Dixit allas longinus abbati lu-  
cio. **V**aleo tres cogitationes: ut ad peregrina-  
tionem p̄gam. Et respondit ei senex.  
Si non tenueris linguam: quocumq; p̄xeris  
non eris p̄grinus. **S**ed refrena hic linguam  
tuam: et eris etiam hic peregrinus. **F**rat

De monacho  
cella.

interrogavit abbatem filioi dicens. Deside  
 ro custodire cor meum. Dixit et senex. Et  
 quomodo possumus custodire cor nrm si  
 lingua nra ianuam aptam habuerit. **Ita**  
 ter interrogavit abbatem pastorem dicens.  
 Quomodo oportet monachum sedere in cel  
 la. **Quantum** ad id quod in manifesto e.  
 hoc est ut faciat opus manuum. et se  
 mel comedat. et taceat et meditetur. Oc  
 culte enim proficere in cella. hoc est ut re  
 darguat semetipsum de proprijs excessibz  
 unusquisq; in omni loco ad quem pertere  
 rit.

**De collatione. .xl.**

**Q**um sit utilis ad instruendum lectio.  
 adhuc collatio maiorem intellegen  
 tiam prebet. Melius est enim conferre  
 quam legere. Collatio docibilitatem facit.  
 Nam propositis interrogationibus cunc  
 tatio rerum excluditur. et sepe obiectionibz  
 latens ueritas approbatur. Quod enim  
 obscurum est aut dubium: conferendo cito

pspicitur. Sicut instruere solet collatio:  
ita contentio destruit. Hec enim relicto  
sensu ueritatis lites generat: et pugna  
to uerbis/etiam in dñm blasphemat. Lec  
tio memorie auxilio eget / quod si fuerit  
naturaliter tardior/ frequenti tamen me  
ditatione acuitur/ ac legendi assiduita  
te colligitur. Sæpe prolyxa lectio/ longitu  
dinis causa/ memoriam legentis oblit  
terat. Quod si breuis sit/ submoto q̄ li  
bro sententia retractetur in animo/ tunc  
sine labore legitur: et ea que lecta sunt  
recolendo memoria minime exceduntur.  
Acceptabilior est sensibz lectio tacita:  
quam apta. Amplius enim intellectus  
instruitur: quando uox legentis quies  
cit et sub silentio lingua mouetur. Nā  
clare legendo et corpus lassatur: et uo  
cis acumen obtunditur. Dixit albas  
pelagus / oportet animam scdm xpi  
uoluntatem conuersantem / aut discē

fideliter que nescit: aut docere manifeste quod nouit. Si autem utrumque cum possit non uult: insanie morbo laborat. **I**nitiū enim recedendi a dō. fastidiū doctrine est.

**D**ixit alia pastor: quia qui querulus ē monachus non ē. Qui uacundus est monachus non est. Qui fci suo detrahit monachus non est.

**Q**ui autem uere monachus est: semp est humilis et quietus, et caritate plenus. et timorem dei p̄culus habet: et cor suum custodit.

**I**nterrogatus senex quid esset quod legitur uia angusta et arcta: et respondens dixit et

**A**ngusta et arcta uia est: ut cogitationibus suis homo uolentiam faciat. et abscidat propter d̄m uoluntates suas.

**H**oc est etiam quod scriptum est: ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te.

**D**ixit et senex. Debet monachus cotidie mane et sero cogitare in semetipso: quid fecit eorum que uult d̄s. et q̄

de modo

de modo

non fecit. et ita tractans omnem uitam  
suam penitentiam agendo. monachus esse  
potest. Dixit senex. Dormiente te aut sur-  
gente uel aliud quid faciente. si fuerit  
Deus ante oculos tuos. in nullo te inimicus  
poterit deterere. et si talis cogitatio ma-  
serit in homine. etiam diuinitus manet in  
eo. *De dilectione proximi et fratris correctione. xli.*

**D**uo sunt erga dilectionem proximi con-  
seruanda. unum. ne malum quid in-  
ferat alterum ut bonum impendat. primum  
ut caueat ledere. sequenter ut discat pre-  
stare. Amicitia est animorum societas. hec  
quippe a duobus incipit. nam minus quam  
inter duos dilectio esse non poterit. Tunc  
uere amicus amatur. si non pro se sed pro  
deo ametur. Qui uero pro se amicum di-  
ligit. insipienter eum amplectitur. Mul-  
tum in terra dimersus est. qui carnaliter  
hominem morturum plus diligit. quam  
oportet. Non delectat uitia aliena corrigere.



qui adhuc uitiorum contagionibz seruit  
**I**mprobum est enim arguere illud in alio  
 quod adhuc non reprehendit in semetipso.  
**Q**ui ueraciter finam uult corripere ac sa  
 nare infirmitatem: talem se p̄stare frater  
 ne utilitati studeat: ut eum quem corri  
 pere cupit humili corde ammoneat: et  
 hoc faciens ex compassione quasi commu  
 nis periculi: ne forte et ipse subiciatur tēp  
 tationi. **S**icut uiri spirituales alieni pecca  
 ti emendationem expectant: ita p̄terij  
 delinquentibus deridendo insultant: et  
 quantū in ipsis est eos insanabiles pu  
 tant: nec declinant cor ad compatiendi  
 misericordiam: sed supuehientes detestan  
 tur atq; blasphemant. **P**lerique correctio  
 nem suam officium caritatis existimant:  
 pleriq; uero hoc ipsum quod ex caritate  
 coripiunt: ad uulgie contumeliam tra  
 hunt: unde euenit / ut ex eo deteriores  
 efficiantur: p̄ quod emendari obediendo

potuerunt. Salubriter accipiunt uultu. quo-  
tiens de suis excessibus arguuntur. Iniquis  
molesta est ueritas. et amara disciplina  
iustitie. nec delectantur. nisi placencia p-  
prie imbecillitatis. **C**orda reproborum  
lubrica sunt ad malum consentiendum  
et fluxa. ad bonum uero consentiendum  
durissima. De talibus salomon ait. **O**-  
erudit delinquentem. ipse sibi facit iniuriam.  
**D**e bono autem. **D**oce uultum inquit. et  
festinabit accipere. In odium enim con-  
tra corripientem se uertitur malus. sed  
si ab increpatione ipsius idcirco reticem.  
quia contra nos insurgere odia formi-  
damus. non iam lucra dei. sed nostra pro-  
cul dubio querimus. **S**ciendum mag-  
nopere est. quod non numquam cum  
redarguuntur prauis. deteriores existunt.  
nosque magnis odijs insequuntur. **I**psis  
ergo et non nobis paruius. si ab eo-  
rum redargutione pro eorum amore

cessamus. Necesse est nobis/ut aliquā  
to toleremus tacendo odiosos quod sit.  
quatinus in nobis discant uiuendo qđ  
non sunt. Non est omnino iusto timē  
dum/ ne dum quisq; corripitur/contu  
melias inferat/ sed ne tractus ad odiū  
prior fiat. Cauendum summopere est:  
ne immoderate linguam loquacitas p  
trahat/ eamq; ad lasciuam obtrectatio  
nis extendat. ne odiū malitia excitet  
et usq; ad iacula maledictionis inclinet.  
Hinc salomon ait: Argue sapientem ⁊  
amabit te/ insipientem/ ⁊ adiciet odisse  
te. Qui diligit disciplinam: diligit se  
sum. Nam qui odit arguentem se: stul  
tus est. Sed quia apl's ait/ corripite inq̄  
etos/ consolamini pusillanimes/ suscipi  
te infirmos/ patientes estote ad omnes.  
necesse est ut hic pia patrum correptio  
nis ponamus exempla. Offendit ali  
quando fē in congregatione: et expul

sus est foras. Expulsius autem de congrega-  
tione: misit se in carectum / et flebat  
ibi. Contigit autem ut alij fr̄s euntes ad  
abbatē pastorem audirent eum ploran-  
tem: qui descendentes ad eum inuenerunt  
eum magno labore constrictum / et roga-  
uerunt eum ut iret ad senem illum soli-  
tariū. et non adinqueuit dicens. In  
hoc loco mouar ego. Venientes autē fr̄s  
ad abbatē pastorem / narrauerunt ei ab  
eo: et rogauit eos ut irent ad eum dicen-  
tes / abba pastor uocat te ad se. Quod cū  
ei dixissent prexit ad eum / et uidens eum  
senex afflictum / surrexit / et osculatus est  
eum. et adgaudens ei rogabat ut sume-  
ret cibum: qui et ita fecit. Frater interro-  
gabat abbatē pastorem dicens / feci pecca-  
tum grande et uolo triennio penitere. Dixit  
autem ei abba pastor / multū est. Et dixit ei  
frater. Iules unum annum: / et dixit ite-  
rum senex. Multum est. Qui autem pre-

sentes erant dicebant / usq; ad quadra-  
 ginta dies. Senex iterum dixit. Multū  
 est. Et adiecit dicens. Ego puto quia si  
 toto corde homo penituerit / et non appo-  
 erit facere iterum unde penitentiam agat.  
 etiam triduanam penitentiam suscipiat  
 d's. Interrogauit alba' ioseph abbatem pasto-  
 rem dicens. Quomodo opus est ieiunare.  
 Et dixit alba' pastor. Ego uolo ut cotidie  
 quis manducans paululum subtrahat si-  
 bi ne satiatur. Et dixit ei alba' ioseph. Ergo  
 quando eras iuuenis / non ieiunabas tridua-  
 nas. Dixit senex. Crede michi / quia et tri-  
 duanas et ebdomadam / sed hec omnia pro-  
 bauerunt senes magni et inuenerunt q̄a  
 bonum est cotidie manducare / parum sibi  
 subtrahentes / et ostenderunt nobis uiam  
 hanc regalem / que leuior est et facilis .

*De zelo pastoralis officij. xliij.*

**O**mnis sp̄italis zelus doctoris animū  
 frigit / quia ualde cruciatur dum infir-

impotenti

mos quosq; eterna deserere / rebus tempora-  
libus delectari conspiciat. Nullum quippe  
om̄ipi dō tale est sacrificium / quale est  
zelus animarum / sicut psalmista ait.  
Zelus domus tue comedit me. **Q**uantū  
fraxura cordis que p̄ sp̄italem zelum a-  
gitur / om̄ptem dñm placat: apte osten-  
ditur / cum offerri p̄ legem similia in sac-  
ficio iubetur. **S**criptum quippe est: in sar-  
tagine oleo conspersa frugatur: offeret q̄  
eam calidam in odorem suauissimum dño  
sacerdos / qui patris iure successerit: et tota  
cremabitur in altari. **T**unc similia in sar-  
tagine friget̄ur: cum munda mens iusti  
p̄ zeli sc̄i ardorem crematur. **Q**ue consp-  
gi oleo p̄cipitur: id est caritate / misericor-  
die <sup>que</sup> ~~in~~ in conspectu om̄ptis dei ar-  
deat et luceat. **V**nde et calida in odorem  
suauissimum dño offerri p̄cipitur: quia si  
amorem v̄ calorem zelus non habet: eum  
qui de sartagine offertur calorem simi-

ministra:

la amisit. Notandum ualde est quis si-  
 milam offerre ꝑcipitur: uidelicet sacerdos  
 qui patris iure successerit. Ille enim sacerdos  
 patris iure succedit: qui eē. se om̄ptis dñi  
 filium moribus demonstrat. ⁊ qui a nobi-  
 litate intima operum suoz ignobilitate  
 non discrepat. Que in altari tota cremari  
 ꝑcipitur: ut uidelicet holocaustum fiat. Si-  
 mila itaq; in sartagine est: munda mens  
 uista in zeli spiritualis afflictione: que per  
 sollicitudinem animarum frigetur: ⁊ nō  
 solum sacrificium / sed etiam holocaustū  
 dño. eē. deputatur. Sumamus ergo sar-  
 taginem ferream. ⁊ ponamus eam mu-  
 rum ferreum inter nos et ciuitatem. id est  
 assumamus zelum fortem: ut inter nos  
 et auditoris nri animam inueniamus  
 hunc postmodum fortem munitiōem.  
 Tunc enim hunc murum ferreum inuen-  
 tura sumus: si nunc eum fortiter tenem?  
 uidelicet docendo / custodiendo / suadendo / in

crepando / mulcendo / terrendo. aliquando  
uero etiam seuerius agendo. Necessesse est  
ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis  
mouet attendat: ne ira extra mentis do-  
miniū transeat. sed in ultionem peccati  
tempus modumq; cōsiderans surgentis  
animi p̄turbationem subtilius retrac-  
tando restringat. animositatem repri-  
mat. et motus feruidos sub equitate dis-  
ponat. ut eo fiat iustior ultor alienus.  
quo prius extitit uictor suus. Qui zelo  
rectitudinis mouetur sic culpas deliquen-  
tium corrigat. ut ante ipse qui corrigit  
p̄ patientiam crescat. et feruorem suum  
transcendendo diiudicet. ne intemperan-  
ter excitatus ipso zelo rectitudinis longe  
a rectitudine suberet. *De doctrine discretione.*

**N**on omnibus una eademq; doctrina  
est adhibenda: sed pro qualitate mo-  
rum diuersa exortatio erit doctorum. *xlviij.*  
Nam quosdam increpatio dura: quos



dam uero exortatio corrigit blanda. Sicut  
periti medici ad uarios corporis morbos di  
uerso medicamine seruiunt / ita ut iuxta  
uulnerum uarietatem / medicina diuisa sit  
sic et doctor eccle singulis quibusq; congru  
um doctrine remediū adhibebit. et quid  
cuiq; oporteat p etate / p sexu / ac professio  
ne adnuntiabit. Prima quippe prudentie  
uirtus est / eam quam docere oporteat existi  
mare psonam. Aliter est agendum erga  
eos qui nro committuntur regimū si of  
fendunt. atq; aliter cum his qui nobis  
commissi non sunt. Qui iusti sunt uene  
randi sunt / si uero delinquant / p sola cari  
tate ut locus est corripendi sunt. non ta  
men cum seueritate. sicut hy qui nobis  
regendi commissi sunt. Pro malo merito  
plebis / aufertur doctrina predicationis / p  
bono merito audientis. tribuitur sermo  
doctoris. In potestate diuina consistit /  
cui uelit d's doctrine uerbum dare / uel cui

auferre et hoc aut pro dicentis aut pro au-  
dientis fit merito. et modo pro culpa plebis  
aufertur sermo doctoris. modo uero pro uti-  
libz meritis tribuitur. Qui docendi accipit  
officiū. interdum ad tempus facta proxi-  
mi taceat. que statim corrigere nequaquam  
existimat. Nam si corrigere potest et dis-  
simulat. uerum est quod consensum er-  
roris alieni habeat. Merumq; sc̄i doctores  
pro mali pertinacia. quia iniquos emen-  
dare nolunt his tacere disponunt. s; calo-  
rem sp̄s quo aguntur ferre non sustinē-  
tes. iterum in increpationem prosiliunt  
iniquorum. Qui presunt pro subditoz  
iniquitate dampnantur. si eos aut ig-  
norantes non erudiant. aut peccantes nō  
arguant. dicente dño ad prophetam. **Sp-**  
**culatorem te dedi domui isrl̄. Si non fue-**  
**ris locutus ut se custodiat impius a uia**  
**sua. ille in iniquitate sua morietur. san-**  
**guinem autem eius de manu tua requi-**

ram. **Q**ui preest curam debet habere de his  
 qui peccant: ut eius redargutione aut  
 corrigantur a peccatis. aut si incorrigi-  
 biles existunt ab ecclā separentur. **Q**ui  
 blando uerbo castigatus non corrigitur:  
 acruis necesse est arguatur. **C**um dolore  
 enim abscidenda sunt: que leniter sanari  
 non possunt. **Q**ui ammonitus secretim  
 corrigi de peccato negligit: publice argu-  
 endus est: ut uulnus quod occulte sana-  
 ri nescit: manifeste debeat emendari. **M**a-  
 nifesta peccata: non sunt occulta correctio-  
 ne purganda. **P**alam enim sunt arguen-  
 di qui palam nocent: ut dum aperta ob-  
 uergatē sanantur: hy qui eos imitando  
 deliquerant corrigantur. **D**um unus corri-  
 pitur: plurimi emendantur. **N**ecessesse est  
 enim: ut pro multoz saluatione unus cō-  
 demnetur: quam p̄ unius licentiam mul-  
 ti periclitentur. **I**ta ergo delinquenti ser-  
 mo est proferendus: sicut eius qui corri-

pitur expostulat salus. Quod si opus est  
aliquam medicamenti salutem uerbo incre-  
pationis accipere l'aspigere: lenitatem ta-  
men corde opus est retinere. **D**octores nō  
numquam duris ferunt increpationibz  
subditos: qui tamen a caritate eorum q̄s  
corruptiunt non recedunt. **M**agna est ad-  
hibenda magistris subtilitas discretionis:  
quatinus quisq; rector culpas delinquen-  
tium discrete nouerit parcere et pie rese-  
care. **Q**ui autem sic dimittunt peccata  
ut non corrigant: aut sic quasi corrigen-  
do ferunt ut non dimittant: discretionis  
sp̄m non habent. **S**criptum est in libro ge-  
nesi: si recte offeras et recte non diuidas pec-  
casti. **O**blata recte diuidere est: que libet  
uolūta nra studia discernendo pensare: quod ni-  
mirum qui agere dissimulat: etiam recte  
offerens peccat. **S**epe bene studio gerimus:  
dum discernere caute negligimus quo ui-  
dicetur sine nescimus: et non numquam

hoc fit reatus criminis: quod putatur cau-  
 sa uirtutis. **R**ecte ergo offerimus: cum  
 bono studio bonum opus agimus. s; recte  
 non diuidimus si habere discretionem in  
 bono opere postponamus. **D**ixit alba an-  
 tonius. **S**unt quidam conterentes corpo-  
 ra sua in abstinentia. et quia non habent  
 discretionem longe facti sunt a dō. **D**ice-  
 bat alba daniel: quia quantum corpus  
 uirescit. tantum anima exsiccatur: et  
 quantum siccatum fuerit corpus tantū  
 anima uirescit. **D**ixit alba pastor. **M**ali-  
 tia nequaquam expellit malitiam. s; si  
 quis tibi male fecerit bene fac ei: ut per  
 bonum opus tuum destruas malitiam  
 illius. **I**nterrogatus est quidam senex  
 a quodam fratre dicente. **Q**uomodo inue-  
 nio dñm? **R**espondit. **I**n reuinis. an in la-  
 boribz. uel in uigilijs. aut in misericor-  
 dia: et respondit. **I**n his que enumera-  
 sti. et discretionem. **D**ico enim tibi: quia

quō inuenit  
 dñm

multi afflixerunt carnem suam. et quia si  
ne discretionē faciebant hoc. abierunt ua  
cui nichil habentes. *De donis diuinis xliij.*

**O**mnipotens d's interni iudicij secreto  
moderamine. alij sermonem sapientie.  
alij plenam fidem. alij gratiam sanitatū.  
alij operationem uirtutū. alij prophetiam.  
alij discretionem spūiū. alij genera linguarū.  
alij interpretationē sermonū tribuit. Crea  
tor n'r ac dispositoz sic cuncta moderatur:  
ut qui extolli poterat ex dono quod habet  
humilietur ex uirtute quam non habet.  
Atq; ita fit: ut cum p̄ impensam gratiam  
unum quem subleuat etiam p̄ disparem  
alteri alterum subdat. Om̄ps d's sic cūc  
ta moderatur: ut dum singula queq; s̄t  
omniū interposita quadam caritatis neces  
situdine. fiant omnia singuloz. Et unus  
quisq; sic quod non accepit in alt'o posside  
at: ut ipse alteri possidendum quod acce  
pit humiliter impendat. *Sca ecclā sup̄ni*

om̄ps

sui capitis corpus est: in qua alius alta ui-  
 dendo oculus. alius recta opando manus. ali-  
 ad cuncta discurrendo pes. alius p̄ceptorum  
 uocem intelligendo auris. alius malorum  
 fetorem bonorum q̄ fragrantiam discernen-  
 do naris est. Qui enim corporaliu[m] more  
 membrorum diu[m] uicissim sibi accepta  
 officia impendunt. unum de semetipsis  
 omnib[us] corpus reddunt. **Q**uod consilio  
 auctor ac disposito[r] n̄r. huic illa largit[ur]  
 que alij denegat. alij hec denegat. que  
 isti largitur. **M**ensuras itaq[ue] sibi poli-  
 tas egredinitur quisq[ue]. si posse plusq[ue]  
 acceperit conatur. **U**nusquisq[ue] fidelium cui  
 fortasse tantum modo. datum est p̄ceptor[um]  
 occulta differere: sic temptat etiam mira-  
 cula tractare ut il quem sup̄ne uirtutis  
 donū ad tractanda miracula roborat etiā  
 diuine legis pandere occulta contendat.  
**I**n p̄cipituum pedem porrigit. qui mensu-  
 rarum suarum linitem non adtendit

Dicebant de abbate or. quia neq; mentitus ē  
unq; neq; iuravit neq; maledixit hominē ne  
q; si necesse non fuit locut<sup>9</sup> est alicui. Venit  
aliquando abba hylari<sup>9</sup> de palestina ad abbatē  
antoniiū in montē: et dixit ei abba antoni<sup>9</sup>.

Bene uenisti lucifer. qui mane oris. Et  
dixit ei abba hylarion: pax tibi columna lu-  
cis q̄ sustines orbem terrarum. Dixit quidā  
abbas. quod habitauerat in heremo. xl. annos  
solitarius quidam qui interrogatus a io-  
hanne abbate respondit quia ex quo cepit  
solitarius eē nunq; me uidit sol mandu-  
cantem. Respondit ei abba iohannes. nec  
me uascentem. Dicebant de abbate arsenio.  
quia tota nocte uigilabat. Et quando uo-  
lebat circa mane dormire dicebat somno.

Seni serue male. et subri piebat parum de  
sompni sedendo: et statim surgebat. *grā di.*

**A**x omnipotentis dei gratia ad luna *xlv.*  
opera conari quidem possumus. sed  
hec implere non possumus si ipse non adu-



uat qui iubet. **S**ciendum est quia mala no-  
 stia solum modo nra sunt: bona autem nra  
 et omnipotentis di sunt et nra. quia ipse  
 aspiciendo nos puenit ut uelimus. qui ad  
 uiuando subsequitur ne inaniter uelimus  
 sed possimus implere quod uolumus. **P**re-  
 ueniente gratia et bona uoluntate suble-  
 quente: hoc quod omnipotentis di donu  
 est fit meritum nrm. quod bene paulus b  
 in sententia explicat dicens plus illis om-  
 nibus laboraui. **Q**ui ne uideretur sue uir-  
 tuti tribuisse quod fecerat adiuuixit non  
 autem ego s gratia di mecum. **I**nterdum  
 peccantib; nobis suam ds gratiam non re-  
 trahit: ut ad spem diuine propitiationis  
 mens humana consurgat. **A**b illo enim no-  
 bis omnia bona gratia pueniente donat.  
**P**rofectus hominis donum dei est: nec a se  
 potest quisquam sed a domino corrigi testa-  
 te ppha qui ait: scio dne qa n est hominis  
 uia eius. nec uiri est ut ambulet et diri

gat gressus suos. **S**piritalis gratia non  
omnibus distribuitur: sed tantūmodo elec-  
tis donatur. **O**munera gratiarum alij ista:  
alij uero donantur illa. nec datur habere  
ita unum ut non egeat altero. **P**ossē fieri  
non est dubium: ut hy quos quidam uir-  
tutum excellentia antecediunt. diu repenti-  
na pueniente gratia quosdam cōpen-  
dio sc̄itatis pueniant: et dum sint conū-  
sione postremi subito efficiuntur uirtutis  
culmine p̄mi. **D**um quisq; aliquid donū  
accipit: non appetat amplius quam qd̄  
meruit: ne dum alterius membri offic-  
um arripere temptat. id quod meruit pec-  
dat. **C**onturbat enim corporis ordinem to-  
tum: qui non suo contentus officio subri-  
pit alienum. **F**rater interrogauit quen-  
dam senē dicens. **S**i fuero in loco aliquo  
et nata michi fuerit tribulatio. et non  
habuero cui me cōmittam. ut indicem  
illi passionem anime mee: quid facio.

Dicit illi senex. Crede in dñm. quia ipse mit-  
tet gratiam suam et satisfacet tibi. si in  
ueritate rogaueris eum. Et addidit dicens.

Caudiu enim quia inscithi tale aliquid  
factum est. Erat ibi quidam qui sustine-  
bat temptationes: et non habens fidutiã  
in aliquo cui confiteretur. Parauit seco-  
peram suam ut discederet. et ecce nocte ap-  
paruit ei gratia dñi in specie uirginis. et  
rogabat eum dicens. Nulquam uadas. s̄  
sece hic metum: nichil enim mali fiet tibi  
ex his que <sup>auisisti</sup> ~~co~~disti. Qui credens uerbis ei  
sedid: et statim sanatum est cor ipsius.

**A**mmoneudi s̄ *De bonis subiectis. xlvj.*

**S**ubditi. ne p̄positorum suoz uitam  
temere si quid eos fortasse agere repre-  
hensibiliter uiderint reprehendant: ne un-  
de recte mala redagunt: unde p̄ elationis  
impulsium in profundiora mergantur.

**A**mmoneudi sunt subditi: ne cum culpã  
p̄positorum considerant. contra eos auda-

cores fiant. **S**ed sic si qua ualde sunt eorum  
praua apud semetipsos diuidicent. ut tam  
diuino timore constructi ferre subeis iugū  
reuerentie non recusent. **A**mmouendi sunt  
beniuoli subditi: ut sic alienis bonis congaudeant.  
quatinus habere et propria concupiscant.  
sic proximorum facta diligendo laudent  
ut etiam imitando multiplicent. ne  
si in hoc presentis uite stadio ad certamen  
alienum <sup>no</sup> deuoti factores. sed pigri <sup>et</sup> spectatores  
assistunt. eo post certamen sine premio  
remaneant. quo nunc in certamine non laborant.  
et tunc eorum palmas afflicti respiciant.  
in quorum nunc labore otiosi perdurant.  
**V**alde peccamus. si aliena bene gestata  
non diligimus. **S**ed nil mercedis agimus.  
si ea que diligimus in quantum possumus  
non imitamus. **Q**uia nimirum sunt bona  
aliorum que et si imitari non possumus  
in alijs amemus. et amantium fiunt que  
etiam amantur in nobis. **Q**ui igitur magis

nis uirtutibus in scē eccle sinu proficiunt  
 prepositoꝝ suorum uitam despiciere non de-  
 bent cum uacare eos rebus exterioribus ui-  
 dent: quia hoc quod ipsi securi intima pene-  
 trant ex illorum aduimento est qui contra  
 procellas huius seculi exterius laborant.

**Q**uam enim candoris sui gratiam retine-  
 ret. Si uisum pluuia tangeret. aut qd  
 fulgonis atq; claritatis coccus uel ihaime-  
 tus ostenderet. si hoc susceptus puluis fe-  
 daret. **S**it ergo desuper textura ciliij for-  
 tis ad puluerem. sit inferius color ihaime-  
 ctinus aptus ad decorem. **O**rient ecclesiā  
 qui solis rebus sp̄italibus uacant. tegant  
 eccleām quos et labor rerum corporalium  
 n̄ grauat. **N**equaquā ergo contra rectore  
 suum exteriora agentem murmuret.  
 il qui intra scām eccleām iam sp̄italit̄  
 fulget. **S**i enim tu secure interius ut coc-  
 cus rutilas. ciliuum quo protegeris cur  
 accusas. **I**nterrogauit alia ioseph ab

latem pastorem dicens. Dic michi quomo-  
do monachus fiam. Et dixit illi senex. Si  
uis req̄re inuenire et in isto sc̄lo et in futuro:  
in omni causa dic. Quid sum ego? Et  
non iudices quēquam. Frater interrogauit  
abbatem pastorem dicens. Quid faciam q̄a  
pusillanimumis fio dum sedeo? Dicit ei senex.  
Nullum iudices. nullum spernas. neq̄ con-  
tempnes. Nulli detrahas. et d̄s tibi prestat  
quietē: et erit possessio tua sine pturbati-  
one. Vir quidam sc̄s cum audisset quendam  
peccantem fleuit amare et dixit. Iste hodie  
ego crastino. Verūptamen quamuis peccat  
aliquis ante te non iudices eum: sed iudi-  
ca magis temetipsum peccatorem quam  
illum. Sepe aliquid maioribus dispensa-  
tione agitur: quod a minoribus error putat̄.  
Sepe multa a fortibus dicuntur: que idioti  
infirmi diiudicant quia ignorant. Un-  
de et nonnulli subditi contra hos manu  
reprehensionis mittunt: sed a uita prot̄

no inuenit  
equis

nus ipsa sua temeritate deficiunt. Leuites ergo quasi adiuuans manum tetendit sed delinquens uitam perdidit: quia dum infirmi quicque fortium facta corripunt. ipsi <sup>uolentium</sup> audientium forte reprobantur.

*Sot thesaurus monachi in celo collocet. xlvij.*

**D**ñs nos ammonet dicens. Thesaurizate uobis thesauros in celo: ubi nec erugo. nec tinea exterminat. Et quomodo unusquisque ad perfectionem monachatus pueniat: ipse iterum dicit. Si uis perfectus esse: uade uende omnia que habes et da pauperibus: et habebis thesauros in celo: et ueni sequere me. Thesaurum ergo nostrum fratres in celo ponamus: ubi hostem et expugnatorem non timeamus. Thesaurum itaque operum uel uirtutum nostrorum collocemus in celo: ubi non timeamus occultum furem. neque uolenter raptorem. Patria enim nostra paradysus est. In patria uero nostra postmodum recepturi multiplices nunc uonarum

uirtutū telemus condere thesauros: ubi post  
finem huius sc̄li. centuplicatos meream̄  
recipere fructus. **S**ū enim dicit p̄ph̄a. in t̄  
ra sua duplicia possidebunt: id est in t̄ra  
uuentium beatitudinem mentis simul  
habebunt et corporis ubi dñs ihs xps re-  
formabit corpus humilitatis n̄re confi-  
guratū corpori claritatis sue. **M**agnus  
enim nos illic caroz numerus expectat.  
parentū fr̄m. atq; soroz copiosa turba  
uidere desiderat. de sua iam imortalitate  
secura sed ad <sup>huc</sup> de n̄ra salute sollicita. **I**bi  
chorus patriarchaz. numerus p̄phetarum  
apostolorum uirginum et omnū cernere  
nos desiderat cuneus sc̄oz. **O** quam gran-  
dis letitia est: ad istoz omnū sc̄oz p̄ue-  
nire consortiū ad istoz omnū felice ue-  
nireplexū. **O** qm̄ sūma et p̄petua felici-  
tas: illic ap̄loz gloriosos cernere choros.  
et exultantiū p̄phetaz numerū uidere sa-  
cratum. et inter uirginum. martyrum et



confessorū candidatū cuneum interesse scōz.  
 Dicit alba hypericius. Thesaurus monachi  
 est uoluntaria paupertas. Thesauriza ergo t̄  
 fr̄ in celo: quia ad requiescendū sine fine s̄  
 secula. Dicebat alba euagrius. Cum sedes  
 in cella collige ad te sensum tuum: et me-  
 mor esto diei mortis: et tunc uidebis corpo-  
 ris tui mortificationem. Cogita cladem  
 suscipe dolorem: horre mundū istius uani-  
 tates. Esto modestus et sollicitus: ut possis  
 semp̄ in eodem quietis p̄posito p̄manere: et  
 non infirmaberis. Memorare etiam bona  
 que sunt uistis reposita: fiduciam habe an-  
 te d̄m patrem et xp̄m eius coram angel̄  
 et p̄testatibz. Atq; omni plebe regni celoz  
 et dona eius. et <sup>re</sup>quiem et gaudiū. Super  
 bona uero uistis reposita gaude: et exulta  
 et letare et his quidem frui festina. **De**

**consilio. xlviii.**

hac nos uirtute consily salomon  
 aminonet dicens: audi fili consiliū

et suscipe disciplinam. ut sis sapiens in  
nouissimis tuis. **F**ili sine consilio nichil  
facias: et post factum non peniteb. **A**stu  
tus enim omnia agit cū consilio: et qui  
agunt cuncta cū consilio reguntur sapi  
entia. **N**am dissipantur cogitationes: ubi  
non est consilium: ubi uero plures sunt  
consiliarij confirmantur. **U**nguento et  
uarijs odoribz delectatur cor et bonis amici  
consilys anima dulcoratur. **C**um dispositio  
ne init<sup>o</sup> bellum: et erit salus ubi multa  
consilia sunt. **S**cientia sapientis tāquam  
inundatio abundabit: et consilium illius  
sicut fons uite pmanet. **M**agna et enī  
res est bonum consilium: et monachis  
ualde p̄necessarium. **H**anc igitur confi  
lij uirtutem dilexerunt omnes in terra:  
qui ad celestem uoluerunt conscendere  
patriam. **P**er hanc uirtutem confi  
lij martyres ut eternam a dño recepe  
rent uitam: morti mortalia sua tradi

derunt corpora. **P**er hanc uirtutem con-  
 sily uirgines et confessores in seruitio dñi  
 usq; in finem p̄seuerauerunt. **G**raue autē  
 consiliū cordis omnem inconstantiam  
 uagatōis expellit. **S**unt anime que leui  
 motu nunc ista nunc illa desiderant. **O**m-  
 n̄ps ergo d̄s quia ipsas leues fluctuatio-  
 nes mentium non leuiter pensat: uaga-  
 tionem cordis relinquendo diiudicat: s̄  
 cum p̄ gratiam respicit uagam m̄tem  
 in consily stabilitatem figit. **C**um deus  
 om̄ps leues motus hominis misericordit̄  
 dignatur aspicere: hunc protinus ad cō-  
 stantie maturitatem format: atq; sup̄ne  
 gratie respectu cor eius ad grauitatem  
 consily repente p̄ducit. **I**n omni opere qđ  
 cogitas facere primum cogita d̄m: et si  
 scđm d̄m est quod cogitas diligent̄ exa-  
 mina. et si est rectum coram deo p̄fice il-  
 lud. **S**i uero puerilium fuerit amputa il-  
 lud ab anima tua. **E**t nos ergo sis om̄ia

que agimus cum consilio agamus: quia  
scriptum est. ante omnia opera uerbum  
uerax p̄cedat te: ⁊ ante omnem actum  
consilium stabile. et in his omnib; dep̄  
care altissimū. ut dirigat in ueritate ui  
am tuam. **S**i enim magnus dñs uolue  
rit spū intelligentie replebit te: et q̄si  
ymbres mittet tibi eloquia sapientie.  
et aperiet in oratione os tuum: et diriget  
consilium tuum in bono: et usq; in secu  
lum non delebitur memoria tua. **V**enit  
īnitio conuersionis sue abla' euagrius  
ad quendam senem querens consilium: et  
dicit ei. **D**ic michi alia sermonē quo sal  
uus fiam. **I**lle autem dixit ei. **S**i uis saluus  
fieri: quando ad aliquē uadis non prius  
loquaris. ante quam te ille inquirat. **E**  
uagrius autem compunctus in hoc ser  
mone dixit. **S**ecede michi multos codices  
legi: et talem eruditionem numq̄m inue  
ni. **E**t multum proficiens exiit. **D**ixit ab

la pastor. Qui docet et non facit q̄ docet  
 similis est canali que omnes ad se ueni-  
 entes satiat et sordes eorum lauat: se  
 autem ipsam purgare non potest: sed  
 om̄is spurcicia ⁊ imunditia in ea est. **Et**  
 interrogauit abbatem pastorem dicens.  
 Quid est illud quod scriptū est / qui iras-  
 citur fr̄i suo sine causa. Et ille respondit.  
 Ex omni re qua te grauare uoluerit frat̄  
 tuus: ne irascaris aduersum eum. Donec  
 oculum tuum dextrum eiciat: sine causa  
 irasceris ei. Si autem aliquis uult te sepa-  
 rare a deo: pro hoc irascere. **De s̄nificatione**

**inter cetera de s̄nifica** cordis ⁊ corporis. **xlj**  
 tione sic paulus ap̄ls in epl̄a ad thesaloni-  
 censes ait. Hec est uoluntas dei s̄nificatio  
 ur̄a: ut abstineatis uos a fornicatione.  
 Hec est uoluntas dei dicit: id est hec placet  
 deo: ut uos corde pariter s̄nificati sitis et  
 corpore. Nisi enim ei hec placuisset: uob̄  
 non imperasset dicens: s̄i estote: quia ⁊ ego

Inter cetera de s̄nificatione cordis ⁊ corporis. xlj.

sc̄s sum dñs d̄s ūr. **S**ed uē et absq; ulla du-  
bitatione sc̄monia q̄ sc̄moniales et mag-  
nificētia qua magnifici apud dñm efficiun-  
tur sc̄i. in sc̄ificatione eiusdem n̄ri creatoris  
confisit. sicut scriptum est sc̄monia et ma-  
gnificētia in sc̄ificatione eius. **H**inc et dñs  
ait. custodite p̄cepta mea et facite ea: ego  
dñs qui sc̄ifico uos. **Q**ue uirtus sc̄ificatio-  
nis quāuis omnib; in eē debeat xp̄ianis.  
maxime tamen ordini conuenit et cōm-  
petet sacerdotali. **V**nde et dñs moysi ait.  
uesthes aaron et filios eius et sc̄ificabis  
illos: ut sacerdotio fungant̄ m̄ et ne com-  
misceat̄ sacerdos in mortib;: quia consecra-  
tus est dō suo. et panes propositionis of-  
fert. **S**it ergo sc̄s: quia et ego sc̄s sum dñs  
qui sc̄ifico uos. **V**ere enim nisi corde et cor-  
pore sc̄ificato deo sacrificium a casto sacer-  
dote offeratur: non erit ei gr̄atum qui  
cor illius a fornicationis contagio cogno-  
scit eē pollutum. **V**nde et hoc in loco non

solum thesalonicenses / s; 7 om̄s hortatur  
 apl̄s in xp̄o credentes / ut se abstineant a for-  
 micatione / quia sicut p̄ humilitatē mēt̄is  
 custoditur castitas carnis. ita p̄ sup̄biam  
 cordis in imunditiā itur libidinis. Et ideo  
 luxuriosis atq; sup̄bis familiariter se plus  
 quam ceteris peccatorib; consociant. **D**e-  
 mones: quia p̄ luxuriam carnis suus eos diabo-  
 lus confringit catenis. ut a dō separati de-  
 monibus q; sociati / regnū celorum habere  
 non possint cum sc̄is. **D**e hac sc̄ificationis  
 uirtute sic et iohannes apl̄s ait. **O**mnis  
 qui habet sp̄m hanc in eo. sc̄ificat se sicut  
 et ille sc̄s est. **M**ulti se dicunt sp̄m hanc  
 uite celestis in xp̄o: sed hanc confessionem  
 negligenter uiuendo euacuant. **M**agni-  
 festum autē de se iudiciū sp̄i superne  
 exhibet: qui bonis operam dare actibus  
 studet. certus quia non aliter ad famili-  
 tudinem dei quis in futuro puenit: nisi  
 d̄m de sc̄itate in p̄senti se sc̄ificando / id est

abnegando impietatem ⁊ sc̄laria desideria /  
sobrie autem et iuste / et pie uiuendo / imite-  
tur. Qui habet sp̄m in d̄no : sc̄ificat se q̄n-  
tū potest ipsū intuendo / ⁊ et eius p̄ oīa  
gratiam flagitando qui ait / sine me nichil  
potestis facere <sup>⁊</sup> ea que dicendo. Adurtor m̄s  
es tu / ne derelinquas me. Ergo sc̄ificat nos  
sicut et ipse sc̄s est : s̄ ille sc̄s eternitate  
nos sc̄a fide. Tempore enim antiquo / ep̄i  
presbyteri et dyaconi unius uxoris uiri  
ordinalantur. Ordo autem quia sc̄itatis  
sc̄a creuit munditia : ab omni carnali con-  
sortio omnes illos sacroz regula prohibet  
canonum. Nam et in ueteri testamento  
eo tempore tantū quo sacerdotes presto e-  
rant altari / ab uxoz suarū se continebāt  
conubitu : nunc autē quia cotidie corpus  
d̄ni aut conficiendum nobis est ad altare /  
aut sumendum . a carnali conubitu co-  
tidie nobis est abstinendū. Hinc paulus  
timotheum ammonet dicens / exemplū



esto fidelium in sermone / in conuersatione /  
in caritate / in fide / in castitate . **Q**ui enim  
alijs in sermone exemplū debet prebere .  
modum locutionis non debet ignorare . sed  
diligenter debet attendere / quid / cui / quā  
do uel quomodo debeat loqui / ut sermo ei  
non fatuus / sed secundum dñi preceptum /  
sale sapientie sit conditus . **I**lle in conuer  
satione bonum alijs prebet exemplum . qui  
caste / pie / iuste / uiuit in hoc sclo . **I**lle in cari  
tate alijs bonum prebet exemplum . qui  
dñm ex toto corde / tota mente / tota uirtute  
diligit et proximum sicut semetipsum .  
**I**lle in fide bonum prebet exemplum . qui  
recte credendo bene uiuit . et bene uiuendo  
fidem rectam custodit . **I**lle in castitate a  
lijs bonum prebet exemplum . qui casti  
tatis pulchritudinem diligens / non solū  
eam suo seruat in corpore . sed etiam a  
cogitationibz prauis tutam custodit i  
mente / quia nichil prodest incorruptio

carnis. ubi non est integritas mentis. **L.**

**V**ocatio enim diuine pietatis, **De uoca-**  
**que diuersis modis, tōe diuine pietatis.**

in diuersis etatib; et in diuersis fit tem-  
porib; non hominis merito. sed semp gratia.  
ab ipso solo pio q; fit deo. Sicut apłs ait.  
sine penitentia sunt dona et uocatio dei.  
Qui ad timotheum dicit. qui liberauit  
nos. et uocauit uocatione sua scā. n̄ scđm  
opera n̄ra. sed secundum suum propositū  
et gratiam. **V**ocantur enim ut dictū est  
multi diuersis modis. quia aly tantum  
corpore sani uocantur diuinitus inspi-  
rati. aly autem infirmitate carnis af-  
fecti. aly uero diuersis dampnis uel  
tribulationib; uarijs uocantur oppres-  
si. **V**ocantur et diuersis etatib;. quia a-  
ly in infantia. aly in adolescentia. aly  
in iuuentute. aly uero in senectute. uel  
etiam in decrepita uocantur etate. **V**ocā-  
tur et diuersis temporib;. quia aly p̄mo

mane / alij hora tertia / alij sexta / alij no  
na / alij uero uocantur undecima. quoz  
omniū nullus in imundicia: sed omēs  
sunt uocati a scō deo in scāficatione cordis  
et corporis. **S**cōs et enim deus scōs uult  
semp habē ministros: sicut et item in eū  
gelio ait / p̄ eis scāfico me ipsum: ut sint /  
ip̄li scāficati in ueritate. **D**ixit quidam se  
nex: quia duo scōs erant uicini. unus pe  
regrinus / et unus accola. **E**rat autem  
p̄grinus ille modicum negligentior: ille  
uero accola studiosus ualde. **C**ontigit au  
tem / ut dormiret p̄grinus ille in pace.  
**S**enex autem qui erat uicinus eorum  
cum eēt prouidus: uidit multitudinē  
angelorum deducentiū animam eius.  
**C**um uenisset ad celum ut intraret: facta  
est questio de illa anima. **E**t uenit uox  
desup̄ dicens / manifestum est quia mo  
dicum negligens fuit: sed propter pere  
grinationem eius / ap̄ite ei. **E**t post hec

sanctos

9

dormiuit ille **accola**: et uenit omnis cog-  
natio ad eum / angelos uero non uidit ille  
senex uenire ad deducendam animam illi-  
us. **Quiratus** autem senex dixit. **Quomo-**  
**do** peregrinus ille cum negligentior fuerit  
talem gloriam habuit. et hic cum studio-  
sus esset / nichil huiusmodi meruit. **Et**  
uenit ei uox dicens. **Hic** studiosus cum ue-  
nit ut dormiret / apertis oculis suis. et ui-  
dit parentes suos flentes. et consolata est  
anima eius. **Peregrinus** uero ille licet ne-  
gligentior fuit: nullum tamen suorum uidit.  
et ingemiscens fleuit. et deus consolatus est  
eum. **Dicebant** de abbate filio: quoniam in die  
dormitionis sue cum sederent circa eum  
patres / splenduit sicut sol facies eius. et  
dixit ad eos. **Ecce** chorus prophetarum et a-  
puloꝝ uenit. **Iterum** dixit. **Ecce** angeli ue-  
nerunt accipere me. **Et** rursum facta est fa-  
cies eius sicut sol. et timuerunt omnes.  
**Dixit** iterum eis. **Uidete**: ecce dominus uenit

dicens afferte in uas electionis heremi.  
Et continuo reddidit spiritum: et facto fulgore repletus est totus locus ille odore suauitatis. *De dilectione et gratia dei. li.*

**D**e hoc capitulo sic apostolus ait. Deus autem quid diues est in misericordia propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos. et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos christo cuius gratia sumus saluati. Et conuersatauit et considerare fecit in celestibus in christo: ut ostenderet abundantes diuitias gratie sue in bonitate super nos in christo ihesu. Gratia enim sumus saluati per fidem. Deus autem diues esse dicitur in misericordia quia omnipotens est et misericordia eius plena est terra. Diues autem deus dicitur in misericordia quia peccatores omnes misericorditer trahit ad penitentiam. et in ea misericorditer concedit pleuentiam. Et diues dicitur propter nimiam caritatem suam qua dilexit genus humanum. In tantum enim nos dilexit omnipotens deus!

ut filium suum morti traderet pro nobis sic  
scriptum est proprio filio suo non peperit  
dñs sed pro nobis omnibus tradidit illū.  
Summa enim idest grandis caritas est p  
peccatoribz seruis unigenitū tradere filium  
et eodem velles seruos diligere tamqm̄  
filios. Hinc etenim fr̄s considerare debem⁹  
quantum nos dñs diligit scōs. q̄ tantū  
diligere dignatus est peccatores qui cū  
essemus mortui propter delicta n̄a uiu  
ficauit nos xp̄o ihu propter misericordiam su  
am. unam atq; eandem nobis tribuens  
cū eo uitam habere p̄petuam. Mortua  
enim d̄r anima quando mortiferis uirtus  
ēē d̄r maculata: sicut et apl̄s ait set uos  
cum esletis mortui in delictis et peccatis  
ur̄is. in quibz aliquando ambulastis ma  
niste. Mors anime d̄r ēē peccatū sicut p  
pheta ait: quia anima que peccauerit ip  
sa morietur. Duobus etenim modis uni  
uscuiusq; hominis peccat anima: idest ī ū

faciendo que fieri iussa sunt. et faciendo  
 que uetita sunt. Cuius gratia inquit sal  
 uati sumus. id est non ex prioribus uite  
 nre operibus. sed sola fide et baptimi gra  
 tia nrorum accepimus remissionem peccatorum.  
**I**psa enim dñs nre qui diues est in misericordia  
 frs. propter nimiam iracundiam suam qua  
 dilexit nos conresuscitauit. et consedere  
 fecit in celestibus in xp̄o ihu. Considerate frs  
 quas gr̄arum actiones creatori nro refer  
 re debemus: quando in natura nra ipse crea  
 tor et redemptor nre xp̄c. et resurrexit a mor  
 tuis. et ascendit ad celos. et sedet ad dexte  
 ram patris. in qua natura nra et nos conre  
 surgemus. ascendemus. et sedebimus ad  
 dexteram patris. **V**nde et uir sc̄s qui ui  
 uens in carne conuersationem habet in ce  
 lis. non dubitat dicere. quod sc̄i iam sede  
 ant et regnent cum xp̄o in dextera patris.  
**Q**uanta sit benefici magnitudo. et qm̄  
 multiplex gratia. qua nos dño consede

fecit ⁊ conregnare cum xp̄o. hunc cōproba-  
tur. quia nos qui quondam lege tenebam̄  
infirmy hunc conregnemus. sed eamus q̄  
cum eo. Vere habundans est gratia. que  
non solum peccata donauit. sed etiam cū  
xp̄o nos resuscitatos in dextera dei colloca-  
uit. Dixit cuidam ep̄o angl̄s. Sic dilexit  
dñs hunc mundū. ut filium suum uni-  
genitum daret pro eo. Qui igitur cum  
inimici essent homines mori pro ipsis e-  
legit. non multo magis domesticos effec-  
tos eos. et penitentiā a gentes sup̄ his q̄  
gesserant. absoluit a penis. et prestabit  
his que ab ipso p̄parata sunt bona. Hoc  
ergo scito. quia nulla delicta hominum  
uincunt clementiam di. tantum ut p̄  
penitentiā ea que quidem quis gesserat  
mala. abluat actibz bonis. Cum enim sit  
misericors d̄s. scit infirmitates generis  
ur̄i. et passionum fortitudinem. et dia-  
boli potentiam atqz astutiam. ⁊ incidē



tibz hominibz in peccata / quasi filijs ig-  
 noscat: et expectat correptionem eorum /  
 patientiam habens in eis. Conituentibus  
 uero atqz exorantibz bonitatem: tamqm  
 infirmis compatitur: et absoluit confesti  
 tormenta. et donat bona que preparata  
 sunt uultis.

*De eoqd sc̄i filij di & filij lucis. .ij.*

**J**ohannes ap̄ls ait / Admuntiam uob uocet.  
 qm̄ d̄s lux est: et tenebre in eo non sunt  
 uille. Merito ergo qui filij di s̄t: filij lu-  
 cis ab ap̄lo uocantur / ubi ait / Omnes enim  
 uos filij lucis estis et filij di. non estis noc-  
 tis neqz tenebrarum. Sicut enim dicunt  
 filij dilectionis uel filij pacis habentes in se  
 dilectionem et pacem: ita dicuntur et filij  
 lucis habentes in se fidei & scientie lumen.  
 Unde et alibi paulus ait. Eratis aliquando  
 tenebre: nunc autem lux in d̄no. ut filij  
 lucis ambulat. Siue filij lucis dicunt  
 idest filij di: sicut d̄ns ait / ego sum lux  
 mundi. Qui sequitur me non ambulat

in tenebris: sed habebit lumen uite. Et  
fily dei inquit / id est dñi nri ihu xpi / q̄  
dixit aplis suis / non ne. xj. hore sunt  
diei. Qui ambulat in die non offendit.  
**S**e enim diem et aplos significari uo-  
luit horas. Nam ipse spiritaliter uerus  
est dies: quia de ipso dictum est / dies scifi-  
catus illuxit nobis. Duodecim uero ho-  
re ut pdictū ē duodecim sunt eius dis-  
cipuli: quia ut se diem eē ostenderet.  
duodecim discipulos elegit. Qui uero o-  
peratur ueritatem et in lucem uenit: lux  
est / et filius lucis. i. dei. **S**icut enim ne-  
mo a seipso est: ita etiam nemo a seip-  
so illuminatur. sed inlustrante illo de  
quo scriptum est / erat lux uera que in-  
luminat omnem hominem uenientē  
in hunc mundū. Quicumq; enim a  
tenebris ignorantie et a peccatis sur-  
rexit / et illuminatus ab ipso fuerit  
qui dixit / ego sum lux mundi / qui

sequitur me non ambulat in tenebris,  
sed habebit lumen uite: merito filius  
lucis et di uocatur. **I**mitatione enim  
non natura filij dei sumus: sicut ait  
saluator. ut sitis filij patris qui in celis est. *re*

**D**e hoc spei capitulo sic et ap[osto]l[us] paulus *spe*  
ait. Est autem fides sperandarum *substantia* *re* *liij.*

rum non apparentium. **H**ec enim quod ui- *+ argumentu*  
det quis sperat: sed quod non uidemus per  
patientiam expectamus. **S**pes est bonorum  
expectatio futurorum: que exprimit humi-  
litate affectum et sedule seruitutis obse-  
quium. **S**pes autem uocata quod sit pes  
progrediendi quasi est pes unde econtra-  
rio dicitur desperatio. cui nulla est progredien-  
di facultas: quia dum quisque peccatum a-  
mat futuram gloriam non sperat. **I**lle e-  
nim fiducialiter expectat: qui eius manda-  
ta fideliter seruat. **B**eata enim recte ab  
apostolo dicitur spes: ubi filij dei merebi-  
mur esse et heredes. heredes quidem dei co-

heredes autem xpi. **U**bi cum apparuerit si-  
miles ei erimus. qm uidebim? eum sicuti e.  
**U**bi et peccatum nobis donabitur: et uita  
eterna p'stabitur: ubi splendore solis: et co-  
sortiu angloꝝ optinebimus. **H**inc ⁊ alibi  
ap's ait: ppter spem que reposita est uobis  
in celis futuroꝝ bonoꝝ. et non est modo car-  
nalibꝝ p'spitua oculis. sed adhuc nobis re-  
posita est in celis. **D**e qua spe item dicit ap's:  
quod oculus non uidit. nec auris audiuit  
nec in cor hominis ascendit. que p'parauit  
ds diligentibꝝ se. **N**am et spes omniu elec-  
toꝝ uita eterna est: que in celo adhuc in  
xpo nobis reposita est. sed cum xpc appa-  
ruerit uita nra: tunc et nos apparebim?  
cum illo in gloria. **N**am ⁊ alibi ait pau-  
lus. **I**pse autem ds noster ihc xpc et ds  
pater qui dilexit nos: ⁊ dedit consolatio-  
ne eternam et spem bonam in gratia. **I**deo  
dr spes bona quia scriptu est: sperantes  
autem in dno. non deficient omni bono.

Dicitur et spes misericordie: quia sperantes in dño misericordia circumdabit. Dicitur et apetro spes uia: quia uitam nobis promittit etnam. Nam secundū qualitatem sue donationis: et additamentū accipit nominis. Potest autem multo clarius et excellentius hoc in loco spes bona in gratia: ipse qui cum patre et spū scō solus est bonus accipi. dñs ihs xps. de quo psalmista canit. spes mea dñs a iuuentute mea. Metuendū ualde est: ut neq; p spem ueniam quam promittit dñs pseuāter peccemus. neq; quia iuste peccata distringit ueniam desperemus. sed utroq; piculo euitato. et a malo declinemus et de pietate dñi ueniam speremus.

*Sot sine intermissione oratur. iuy.*

**S**ine intermissione enī orare duob; modis michi uidetur fieri posse: siue cordis intentione seu opere misericordie. Cordis enim intentione orat qui desiderio supne contemplationis afflatus

in amore creatoris sui totus est dedit?  
Ipsa enim amoris di continuatio: sine  
intermissione est oratio. **F**it et sine int-  
missione oratio quando thesaurus ele-  
mosinarum thesaurizatur in celo. dño  
dicente. thesaurizate uobis thesauros  
in celo. **N**o thesaurizante enim in celo:  
siue ille ambulet. sedeat. comedat. bi-  
bat. loquatut. tateat. dormiat. semper  
thesaurus eius qui in conspectu dñi  
est reconditus. sine intermissione orat  
ad dñm. **S**unde et ipse dñs ait. abscon-  
dite elemosinam in sinu paupis. et ipa  
orabit pro uobis ad dñm. **O**rat et ille  
ut quidam uolunt sine intermissione:  
qui qualem se primum exhibet in ora-  
tione. talem se post modum in ea conser-  
uare studet. sicut et de anna factum le-  
gitur orante. **Q**ue in ipso compuncti-  
onis affectu quo orauit permansit.  
usq; dum adeptã est a dño deo suo qđ

47  
postulauit. Dicebat de abbate arsenio.  
quia uespere sabbati lucente domina  
relinquebat post se solem. et extendebat  
manus suas ad celum orans. donec ma  
ne die dominico illustraret ascendens sol  
faciem eius et sic residebat. **V**enerunt a  
liquando ad abbatem lucium monachi  
quidam qui dicebantur euchite. hec e  
orantes. et interrogauit eos senex dicens.  
**Q**uod est opus manuum urarum. **A**t  
illi dixerunt. **N**os non contingimus  
aliquid opus manuum. sed sic dicit a  
pls. sine intermissione oramus. **E**t di  
xit eis senex. **N**on manducatis. **I**lli  
autem dixerunt. **E**tiam manducamus.  
**E**t dicit eis. **Q**uando ergo comeditis  
quis pro uobis orat. **E**t iterum int  
rogauit eos dicens. **N**on dormitis.  
**E**t illi dixerunt. **D**ormimus. **D**ixit  
senex. **E**t cum dormitis. quis pro uobis  
orat. **E**t non inuenerunt qui ad hec

responderent ei. Et dixit sener. Ignoscite  
m̄ fr̄s: quia ecce non facitis sicut dixistis.  
Ego autem ostendo uobis: quia operant  
manib; meis sine intermissione oro. Sedeo  
autem iuuante deo infundens m̄ paucas  
palmulas: et facio ex eis plectam et dico.  
Misere mei d̄s sc̄dm magnā misericordiam  
tuam: ⁊ secundū multitudinē miseratio  
num tuar; dele iniquitatē meā. Et dic̄  
eis. Oratio est aut non? Et dixerunt ei.  
Etiam. Et ille dixit. Quando p̄mansero  
tota die laborans et orans. facio plus mi  
nus. xij. nūmos: et pono ex eis ad ostiū  
duos et residuos manduco. et qui acce  
perit illos duos denarios orat pro me  
tempore quo ego manduco uel dormio:  
Atq; ita per gratiam dei impletur in me  
quod scriptum est: sine intermissione  
orate. *Sic simus simplices sicut filij di.*  
Ille enim est sine querela: qui quantū *lv.*  
fragilitas p̄mittit humana uitam stu



det ducere sine culpa. Querelam enim  
 contra dñm. uel proximum cōmissa susci-  
 tat culpa. Ergo ille uiuít sine querela.  
 qui non ducit uitam uitis sordidatam.  
 nec cōmittit culpam unde illi iuste infera-  
 tur querela. sed simplex est sicut dicit a-  
 p̄ls. Deus enim simplex natura est. Ergo  
 iam filij dei sunt p̄ adoptionem. et eē  
 cupiunt p̄ imitationem. nēce est ut sint  
 simplices sicut columbe. Scriptum ē enī.  
 simplicitas iustoz dirigit eos. Nichil enī  
 simplici corde felicius. quia innocentiam  
 erga alios exhibet. et nichil est quod pa-  
 ti ab alijs formidet. Habet enim quasi ar-  
 cem quandam fortitudinis simplicitatē  
 suam. nec suspectus est pati quod se fe-  
 cisse non meminit. In maculati sunt si-  
 ne reprehensione. Ornatiſsimos et ho-  
 nestiſsimos dei filios illos docet et cupit  
 eē paulus dicens. maculatus est enī  
 qui peccat. Macula autem ē ipsum sce-

lus peccati: quod operatorem suum com-  
maculat atq; contaminat. Filij autem  
dei immaculati adiuuante deo et sine  
reprehensione uiuere possunt: si repre-  
hensionib; opera digna non agunt. qm̄  
uis a maluolis reprehendantur. Beati  
enim immaculati in uis qui ambulāt  
in lege dñi. Dixit sancta syncretica. Effi-  
ciamur prudentes sicut serpentes. et si-  
plices sicut columbe: ut astute intelli-  
gamus laqueos eius. Nam pruden-  
tes fieri sicut serpentes dictum est: ut  
non ignoremus impetus diaboli et  
artes eius. Et enim simile aliquid ex  
alio simili scelere supatur. Nam et si-  
plicitas columbe demonstrat purita-  
tē actionis. *Ut omnia sine murmuratōe*

**Q**ui enim contra dñi *faciamus. lvi.*  
uel preceptoris sui murmurat  
precepta: hesitat sine dubio laboris  
sui recipere premia. Omnes enim q

in heremo de filijs israel contra dñm ⁊ moysen  
 murmurauerunt: in ipsa heremo a uenatis  
 serpentium morsibus pierunt. ⁊ in  
 repromissionis terra hereditatem int' frs  
 non receperunt. Quisquis nrm ergo here-  
 ditatem inter electos di uelut inter frs in  
 terra uiuentium habere desiderat: necesse  
 est ut sine murmuracionibz <sup>uio</sup> instanti sclo  
 uiuat. Tanto enim quisqz de presenti m-  
 murat opatione: quanto amplius des-  
 pat laboris sui eternam recipere retributio-  
 nem. Nam qui de spe retributionis non  
 dubitat: in operibus duris positus contra  
 eruditorem suum dñm minime murmu-  
 rat. Filius enim qui eruditur a patre ut  
 eternam accipiat hereditatem: murmurare  
 non debet. sed potius de patris eruditione  
 gaudere. Peruisa mens quando p increpa-  
 tionem corripitur: aut p pdicationis dul-  
 cedinem ad bona suadetur. de correptione  
 fit deterior. et inde in murmuracionis

iniquitatem succenditur. unde debuit ab  
iniquitate compesci. **Q**uisquis p peccato  
punitur: nisi murmurando renitatur: eo  
ipso iam iustus eē inchoat: quo ferientis  
iustitiam non accusat. **H**inc ⁊ apłs ait.

**N**ecq murmuraueritis: sicut quidam eoz  
murmurauerunt. et a serpentib; perierūt.  
**M**arrat quippe liber numeroꝝ: quia pñi  
sul in heremo populus isrl̄ itineris longi  
ac laboris murmurauit. ideo miserit dñs  
in illum ignitos serpentes. **P**lage igitur  
serpentū ignitoꝝ uenena sunt uitioꝝ:  
que animam quā tangunt spiritali mor  
te pñunt. **E**t bene murmurans contra  
dñm populis serpentium morsib; sterne  
batur: ut ex ordine flagelli exterioris ag  
nosceret quantā intus pñiciem murmurā  
do pateretur. **D**ixit alla ioseph: quia tres  
ordines sunt honozabiles in conspectu dñi.  
primus quando homo infirmatur: ⁊ adi  
cuntur ei temptationes: et cum gratiaz

actione suscipit eas. **S**ecundus autem quando aliquis omnia opera sua facit munda coram dno. Et nichil in his querit humanum. Tertius uero quando aliquis sedet i subiectione. et pceptis spitalibz sine murratione obedit et omibz proprijs renuntiat uoluntatibz. **De circumcissione uitiorum.**

**D**e hoc capitulo sic paulus ait apls. **Nos** <sup>ly.</sup> **Deum** sumus circumcissio qui spū deo seruumus. et gloriamur in xpō ihu. Ac si diceret carnaliter circumcissis. **Vos** estis concissio <sup>ni</sup> pellis pputij nri. nos circumcissio cordis et corporis nri. **Vos** lunam dei auobis amputatis creaturam: nos a nobis uitia circumcidimus spirtaliter et peccata. **Vnde** et nos sumus circumcissio qui spū seruumus deo: non uos qui maculam concissionis inducitis corpori nro. **Q**uod autem dicit: nos sumus circumcissio qui spū seruumus deo: tale est quasi diceret. **Nos** sumus spirtalis circumcissionis uilticia: quia uilticia spiri

tales effecti nro spiritaliter seruiamus auctori.  
**N**on enim dixit nos sumus circumcisi uel  
habemus circumcisionem: sed nos sumus in-  
quit circumcisio. id est nos sumus munditi-  
a. et iustitia circumcisionis sp̄italis. habentes  
iusticiam et munditiā spiritalem. **I**n  
lege enim et in prophetis dupliciter circum-  
cidi uidemur. carne uidelicet et corde. **C**arne  
ubi ait circumcidimini carnē pp̄tū ūi.  
corde ubi dicit. circumcidite preputia cordi-  
um ūioꝝ. **N**os uero carne circumcidimur:  
si a nobis carnalia uitia abscidimus: id est  
adulteria. fornicationes. immūdiā crapu-  
lam ebrietates et cetera his similia. que  
pcarnis operantur concupiscentiā. **C**orde  
circumcidimur: si a nobis sp̄italia uitia ab-  
scidimus: id est supbiam iactantiam. irā-  
riam. odium. uel inuidiam. et similia.  
**H**oꝝ ergo omnū abiectio uitiorum et  
bonarū assumptio uirtutū: faciunt ho-  
minem iustum. **E**t hec iusticia circumci-

sionis quauis homines efficiuntur: a  
 paulo circumcisio uocatur: qui spū deo  
 seruens inquit: deus enim sps est. Et  
 sicut qui adorant dñm in spū et ueritate  
 oportet <sup>ad dñm</sup> orare: ita et qui seruiunt deo in  
 spū et ueritate oportet seruire. Et gloria  
 mur in xpō ihu: ac si diceret: sps qui spū  
 deo seruius non carnalit̄ in carnis circū  
 cisione: sed spiritualiter in xpō ihu gloria  
 mur. a quo et fidei uirtutem accepimus p̄  
 quam in eo gloriemur. Nam quod dñs  
 die octauo ē circumcisus: et post tricesimū  
 tertium circumcisionis diem ad templum  
 dñi est delatus ut hostia pro eo offerre  
 tur et scs dñi uocaretur: mystice signifi  
 cabat quia nemo nisi circumcisus uitis  
 dignus sit dominicis presentari conspec  
 tibus. nemo nisi mortalitatis nexibus abso  
 lutus sup̄ne ciuitatis gaudia potest subi  
 re p̄fectus. Nam et ad hanc carnalium  
 et spiritualium uitioꝝ circumcisionem

facendam nos iacobus ap'ls hortatur di-  
cens. Abicientes omnē imunditiam et  
habundantiam malitie in mansuetudi-  
ne suscipite insitum uerbū. **P**rimum cor-  
pus et mentē autys iubet circumcidi-  
ut digni existerē possimus qui uerbū  
salutis suscepimus. **O**mnem quippe i-  
munditiam carnis et anime nuncu-  
pat: malitiam uero tantum ad interi-  
oris hominis prauitatē ptinere desig-  
nat. **A**d hanc uitiorum nos circumcisio-  
nem facere petrus ap'ls ammonet dicēs.  
**R**ēmi obsecro uos tanquam aduenas et  
peregrinos: abstinete uos a carnalibus  
desiderijs. **A**pte autem nos docet a car-  
nalibz abstinere desiderijs: quia aduer-  
sus nrām semp militant animam. et  
dum concupiscentijs blandientibz caro  
eneruiter subiugatur. uitiorum exer-  
citus firmiter aduersus animam ar-  
matur. **D**ixit alia ammonas: quia



quatuordecim annos fecerit in scithi deprecans  
dm nocte 7 die. ut donaret ei uirtute supra  
di uitam. **De fructu iusticie. - lviij.**

**T**obias ap[osto]l[us] dicit: fructus autem iusticie. in  
pace seminatur facientib[us] pacem. Omne qd  
in hac uita agimus: semen e[st] future retri  
butionis. Ipsa autem retributio fructus e[st]  
opum p[re]sentiu[m]: ap[osto]lo testante qui ait. Que  
cumq[ue] enim seminauerit homo hec et metet:  
et qui seminat in carne. de carne metet cor  
ruptione[m]. Qui autem seminat in sp[iritu]: metet  
uitam eterna[m]. Et ideo recte dicitur. quia fru  
ctus iusticie. in pace seminat[ur] facientib[us] pa  
cem. Fructus enim iusticie uita eterna est:  
que op[er]ib[us] iustis retribuitur. quia qui inqui  
runt pacem sequuntur eam. Ipsa pace qui  
studet quasi optima semente terram sui  
cordis as[pi]gunt: quo per cotidianu[m] bene o  
peracionis clementiu[m] ad fructum ualeant  
uite puenire celestis. de quo alibi scriptum  
est: qui seminant in lacrimis. in gaudio me

tent. **H**unc et paulus ad ephesios ait: repleti  
fructu iusticie: p̄ ih̄m xp̄m in gloriam et lau  
dem dei. **H**unc autem fructū iusticie in eplā  
ad galathas fructū sp̄s nominavit dicens.  
**F**ructus autem sp̄s est: caritas. gaudium pax.  
longanimitas. bonitas. benignitas. mansue  
tudo. fides. modestia. continentia. castitas.  
**Q**uo multiplica fructa uult nos in die xp̄i  
ih̄u eē repletos in gloriam et laudem dei: q̄a  
de omnib; bonis que ab ip̄so accepim⁹. non no  
bis sed illi gloriam et laudem referre debem⁹  
cum psalmista dicentes. non nobis dñe non  
nobis. sed nomini tuo da gloriam. **V**ene  
runt aliquando duo fr̄s ad quendam senē:  
consuetudo autē erat senis non manducare co  
tidie. **Q**ui cum uidisset fr̄s: gaudens suscepit  
eos et dixit. Ieiuniū suam mercedem ha  
bet. **I**terum qui manducat propter carita  
tem. duo mandata implet: q̄m uoluntate  
propriam derelinquit. et mandatū implet  
reficiens fr̄s. **D**ixit quidam patrum.

nisi prius odio habueris non poteris diligere.

Nisi ergo oderis peccatum: non facies iustitiam.

Scriptum est: declina a malo et fac bonum.

Verumtamen in omnibus his: propositum animi ubique requiritur. Adam enim in paradiso consistens prevaricatus est mandatum di:

Job autem in stercore sedens custodiuit.

Unde constat quia propositum bonum caritatis deus ab homine: et ut semper timeat eum.

*Ut ad innocentiam revertamur infantie. lix.*

**D**ñs in euanglio ait. Amen dico uobis.

Nisi conuersi fueritis. et efficiamini sicut paruuli. non intrabitis in regnum celorum.

Hoc non solum apostolis precepit dominus: sed et omnibus in se credentibus. qui cupiunt in regnum intrare celorum.

Non ergo precipit nobis ut etatem habeamus paruulorum: sed ut conuersationem teneamus innocentie. et quod illi per annos possident infantie: nos possideamus per puritatem innocentie ut malitia non sapientia paruuli simus. Hic

iterum ipse dñs. ait. Quicūq; ergo humiliave-  
rit se sicut paruulus iste. hic est maior in reg-  
no celorum. Quasi diceret. Sicut iste paruu-  
lus cuius uob; exemplū tribuo non p̄ue-  
rat in uacundia. non lesus meminit. non  
uidens pulcrā mulierē delectatur n̄ aliud  
cogitat et aliud loquitur. sic et uos nisi ta-  
lem habueritis innocentia et animi purita-  
tem. regnum celoz non poteritis intrare.

**Q**ua enim ratione ad innocentiam infā-  
tie puenire possimus petrus ap̄ls exponit  
dicens. Deponentes igitur omnē malitiā.  
et omnē dolū. ⁊ simulationes. et inuidias  
et om̄s detractiones. sicut modo geniti in-  
fantes rationabiles sine dolo lac concupis-  
cite. ut in eo crescatis. **Q**uod si dicit. quia iam  
renati estis p̄ aquam baptismatis. et sp̄s  
sc̄i grām. filij di facti estis p̄ baptismā. esto-  
te modo p̄ studiū bone conuersionis quales  
sunt infantes p̄ naturā innoxie etatis. id est  
non habentes malitiam. non dolū. non si-

mulationes. n̄ detractiones et ut omnis a  
 maritudo. et furor. et ira. ⁊ indignatio. et  
 clamor. et blasphemia tollatur a uob' cum  
 omni malitia: et hoc modo ad infantiā inno  
 centie reuertentes. quasi lac maternum desi  
 derate in uob' sc̄arum scripturarū recipere ū  
 bum. ut in eo crescentes ad eum panem pro  
 ficiamini comedendū. q̄ de celo descendit. et  
 dedit uitam mundo. **P**aulus autem de se et  
 sequacibz suis ait facti sumus paruuli in me  
 dio ur̄m: tamq̄m si nutrix foueat filios suos.  
**S**ciebat enim illud eūngelicū a dño dictum.  
 quicūqz humiliauerit se sicut paruulus iste  
 hic est maior in regno celoz. **I**deo se humi  
 abant in medio discipuloz suozum: ut et ill'  
 p̄berent exemplum humilitatis. et sibi met  
 p̄mum ad q̄rerent humiliationis. **V**idendū  
 tamen quomodo in hoc loco laudabiliter dicat:  
 facti sum' paruuli. cum alio loco dicat utinā  
 n̄ efficiam' paruuli. **Q**uomodo uolūtariē fci  
 st' paruuli nolentes eē paruuli. **S**z q̄les nos

paruos cupiat eē paulus ipse exponens ait:  
malitia paruuli estote. Et quales nos. eē par  
uos n̄ cupiat ipse subdendo manifestat di  
cens. ſutinam n̄ efficiam̄ paruuli fluctuan  
tes et curūferamur omni uento doctrine. Et  
go boni duob; modis efficiam̄ paruuli. idest  
habendo. et non habendo. Habendo humilitatē  
pūritatē. et innocentiam. non habendo maliti  
am. dolum. et inuidiam. Ap̄li autem par  
uuli facti. non habendo malitiam. dolum. ⁊  
inuidiam. facti ſunt magni habendo humi  
litatem. pūritatē. et innocentiam. inſup ha  
bendo et ub̄tatem doctrine. de qua tamq̄m  
nutrix ſuos fouebat filios. quibus et dice  
bat. ſtamq̄m paruulis in xp̄o lac uobis potū  
dedi n̄ eſcam. *De eo qđ uisti lapides uiui*

**P**etrus in epistola ſua ait. *ſet uocentur. lx.*  
Ap̄li tamq̄m lapides uiui ſup edificami  
ni domos ſp̄itales. Sup edificari illos dicit:  
quia ſine dño ihu xp̄o lapide ſcilicet uiuo:  
nulla edificatio ſp̄italis ſtare potest. *funda*

mentū enim aliud nemo potest ponere p̄  
 ter ipsum / cuius participatione fideles lapi  
 des uiuū efficiuntur / qui p̄ infidelitatem la  
 pides mortui fuerant / duri scilicet et insen  
 sibles. quibz merito diceretur / auferam a uo  
 bis cor lapideum / et dabo uobis cor carneum.  
 docibilem scilicet ad eūgelicam retinendā  
 doctrinam. ut tam q̄m lapides uiuū ad spiri  
 tale edificium aptentur: qui p̄ discretione  
 eruditi doctoris amputatis actibz et cogitati  
 ombz superfluis / uelut ictu quadrantis secu  
 ris. **L**apis et enim quadrus: in quocumqz  
 latere uisus fuerit / eque stat. **I**ustus uero q̄  
 in p̄sultatibz non eleuatur / aduersitatibus  
 non frangitur / uituperationibz non deicitur /  
 suasionibz ad malum non detrahitur. lapis  
 quadratus est. **S**icut enim ordines lapidū  
 in pariete portantur aly ab aly s. ita portan  
 tur fideles a p̄cedentibz in ecclesia iustis.  
**P**ortant et ipsi p̄ doctrinā et tolerantiam  
 sequentes: et hoc ordine aly ab aly portā

tur iusti usq; ad ultimum iustum. / qui cum  
a priorib; portetur. / quem portare debeat ipse /  
non habebit sequentem. Qui autem omne  
edificium portat / et ipse a nemine portat  
dñs est xpc. / unde et lapis a ppheta p̄tiosus uo  
catur. / in fundamento fundatus. Item uiuos  
lapides aplos appellat electos. / ut conatum  
insinuet bone actionis eoz. Mortui namq;  
idest materiales lapides ubicūq; ab structore  
positi fuerint / insensibiliter manent. / aut  
etiam lapsi decidunt. Non ergo nos beatus  
petrus talium lapidum insensibilitatem uult  
imitari. / sed tamqm̄ lapides uiuos fundamē  
to xpi sup̄ edificari uidelicet uiuante nos  
gratia di sobrie / et iuste / et pie uiuamus i  
hoc sc̄o. Tamqm̄ lapis ergo uiuus edificat  
a xpo in domo eius. / quicumq; donante et ad  
uiuante ipso bonis indefessus consistere cu  
rat opibus. In templo ergo uiuo et sc̄o n̄  
possunt lapides poni. nisi uiui et sc̄i. Ergo  
omni labore nitendū est. / ut sim' illi lapi



des/de quibz scriptum est **L**apides sc̄i/ uolu-  
untur sup̄ terram. **E**t cum fuerimus uuii  
lapides/ et ex omni parte colati/ edificemur i  
templū/ et simus cum aplis et pphetis habi-  
taciū di sc̄i sp̄itale/ non manu factum.

**De sufferentia temptationū.**



**B**eatus uir ait iacoby apls qui suffert **lxi.**  
temptationem/ qm̄ cū p̄batus fuerit/ ac-  
cipiet coronam uite: qm̄ repromisit d̄s dili-  
gentibz se. **H**uic simile est illud in apocalyp-  
si. **E**sto fidelis usqz ad mortem/ et dabo tibi co-  
ronā uite q̄ repromisit d̄s inquit diligentibz  
se. **A**p̄te ammonet/ quia tanto amplius  
gaudere in temptationibz oportet/ quanto  
certius claret d̄m his quos diligit mauiſ-  
sepe temptationū pondus imponere: ut sci-  
lucet p̄temptationū exercitiū. p̄lentur in  
fide p̄fecti. **C**um autem probati sint ueraci-  
ter eē: fideles/ hoc est p̄fecti. et integri in nul-  
lo deficientes: uire accipient promissam ui-  
te coronam eterne. **D**uplex est enim genuſ

temptationis: unum quod decipit. aliud quod  
probat. **S**ecundum hoc quod decipit scriptum  
est: nemo cum temptatur dicat quoniam a deo temptor.  
**D**eus enim neminem temptat. **S**ecundum illud  
quod probat: deus temptauit abraham. de qua  
temptatione et propheta dominum postulans dicit.  
proba me domine et tempta me. **S**criptum est  
alibi uasa figuli probat fornax: homines  
autem iustos temptatio tribulationis. **T**ribus  
enim modis temptatio agitur: suggestione  
delectatione consensu. **S**uggestione hostis:  
delectatione autem uel etiam consensu  
